



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nucleus Juris Canonici

Thenhaven, Bernhard

Coloniæ Agrippinæ, 1739

Libri Quinti

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63382](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63382)

LIBER QUINTUS Decretalium.

TITULUS I.

De Accusationibus, Inquisitionibus & Denuntiacionibus.

Juxta Juris Canonici ordinem & connexionem actum est Lib. I. de Jure Personarum Ecclesiasticarum. II. De ordine judiciario. III. & IV. De materia seu rebus Clericorum, & laicorum, quæ in judicium, potissimum Civile, deducuntur. Restat hoc Libro V. agendum de rebus, quæ in Judicium Ecclesiasticum criminale veniunt. Et quidem h. t. agitur de triplici modo, quo crimina in Judicium deducuntur; nempe Accusatione, Inquisitione & Denuntiatione.

I. ACCUSATIO *criminalis* est legitima criminis delatio apud Judicem competentem ad vindictam publicam, facta ab eo, qui legibus accusare non prohibetur, inscriptione interveniente, i. e. quâ Accusator, si in probando crimine defecerit, se subscribit ad subeundam pœnam Talionis, seu similem ei, quam subire debuisset accusatus, si crimen ei objectum fuisset

LIBER V. TIT. I. DE ACCUSATIONIB &c. 549
probatum. *Civilis* est, quâ quis alterum
accusat de injuria sibi vel suis illata, non
intendens nisi injuriæ in fama vel bonis il-
latae restitutionem: si talis Actor ultra re-
parationem injuriæ exigat, ut injurians
juxta leges puniatur, erit *Accusatio Mixta*
ex criminali & Civili.

2. *INQUISITIO JUDICIALIS* est criminum
vel Reorum investigatio à Judice ex offi-
cio facta; éstque vel *Generalis*, quâ in
genere tam quoad delicta, quàm quoad
personas inquiritur, an servent mandata
Dei vel Ecclesiæ, committantur crimina
in Diœcesi vel Parochia? &c. Vel *Specialis*,
cùm ob præcedentem infamiam de certa
persona aut certo crimine instituitur inve-
stigatio: si ob præviam infamiam seu cla-
morosam insinuationem inquiratur de
speciali persona, an gravia crimina com-
mittat; aut de speciali delicto, v. g. furto,
&c. & delinquentes ignorentur, erit in-
quisitio *Mixta*, nempe *Generalis* quoad
delicta, & *specialis* quoad personam; vel
e converso.

3. *DENUNTIATIO* est criminis alicujus
apud Judicem sine inscriptione delatio, ad
effectum, ut is correctionem vel pœnam
ex officio adhibeat. Differt ab *Accusatione*;
nam licet Denuntians teneatur facere ali-
quam probationem criminis, v. g. addu-

cendo verisimilia indicia, quæ moveant Judicem ad instituendam inquisitionem, non tamen punitur, si in probatione defecerit. Et C. 14. h. t. dummodò appareat eum bono zelo & non animo calumniandi ad Denuntiationem processisse; aliàs foret pœnâ Judicis arbitrariâ puniendus. Hinc quivis sibi magis prospicit, si denuntiet, quàm si accuset. *Quomodo Denuntiationem debeat precedere correptio fraterna, si hoc praevideatur profutura?* Vide in Nuel. Theol. Exam. 5. n. 11. §. *Similiter*. His prænotatis recole sequentia Capita h. t.

4. I. *In Decret. c. 1.* decernitur: „
 „legitimi non fuerint accusatores, non
 „fatigetur accusatus. Hinc illegitimus
 accusator à Judice ex officio à Judicio est
 repellendus. Talis est C. 10. laicus, qui
 contra Clericum non admittitur, (tum
 propter reverentiam, quam laici tenen-
 tur præstare clericis; tum propter odium,
 quo solent plerumque Clericos prosequi,
 eisque esse infesti) nisi suam, vel suorum
 injuriam prosequatur, aut sit crimen de
 exceptis. Vide L. 2. Tit. 20. n. 4. Item ex
 cap. 13. & c. 19. manifestus inimicus, ne quis
 privato odio innocentem iniquâ accusa-
 tione fatigare præsumat. Imò c. 7. dicitur
 „Repellantur ab accusatione cohabitantes
 „inimicis, quia infestationes blasphemæ
 „mix

„miæ solet affectio amicitiaë incitare.
Et C. 20. Excommunicatus, cui etiam
agere prohibetur, multò magis accusare.
Prætereà qui in causa criminali prohiben-
tur testificari, L. 2. T. 20. à fortiori prohibiti
sunt accusare, v. g. infames & criminosi,
quia iniquum est, rationem vitæ ab alio
repscere, qui non possit suæ reddere;
nam qui trabem gestat in oculo, festucam
de oculo fratris eruere nequit. Item Fœ-
minæ, *Can. Mulierem 34. q. 5.* quia propter
sexûs fragilitatem faciliè inducuntur ad
amorem vel odium, & plures alii, qui
criminaliter accusare non possunt nisi in
calibus exceptis; licet civiliter agere ipsis
jura permittant.

5. C. 6. h. t. „De iis criminibus, de qui-
bus absolutus est accusatus, non potest
„accusatio replicari; putà ab eodem ac-
cusatore vel in eodem iudicio, quod est
conforme Juri Divino; non enim DEUS
ipse bis iudicat in idipsum, ex Nahum 1.
Non consurget duplex tribulatio. Dixi 1.
Ab eodem accusatore; quia, si probetur
primi accusatoris prævaricatio seu col-
lusio cum accusato, (de qua infra Tit. 22.)
admittenda est accusatio secundi. Dixi 2.
Vel in eodem iudicio; quia si crimen sit
mixti fori & atrox, potest punitus & ab-
solutus in Foro Ecclesiastico, rursus in

Foro sæculari accusari, v. g. de adulterio, sacrilegio &c. ad publicam vindictam.

6. C. II. rescribit Pontifex: „ Nisi alia
 „ rationabilis causa præpediat, eò quòd
 „ Monachi de obedientia & subiectione
 „ Abbatis esse noscuntur, ab ejus accusa-
 „ tione non sunt ullatenus repellendi, licet
 „ alios accusare non possint; quibus siqui-
 „ dem, cum proprium non habeant, de
 „ rebus Monasterii expensæ debent neces-
 „ sariæ, donec causa debitum finem ac-
 „ cipiatur, ministrari. Ratio, quia cum
 „ intersit Monasterii, non habere lupum
 „ pro Pastore, talis accusando Abbatem,
 „ suam sui que Monasterii utilitatem pro-
 „ curat, ideo expensæ à Monasterio illi
 „ præstandæ sunt. *Gonz. ad h. c.* Verùm
 „ Religiosi extraneos accusare non pos-
 „ sunt, nisi cum licentia Prælati, & ob
 „ suam vel Monasterii causam; quamvis
 „ possint quandoque alios juridicè de-
 „ nuntiare.

7. C. 16. „ Tribus modis valet crimen
 „ opponi, Denuntiando, Excipiendo &
 „ Accusando. Quando crimen in modum
 „ Denuntiationis opponitur, non est in-
 „ scriptio necessaria, sed cum in modum
 „ Accusationis objicitur, quia accusatio
 „ instituitur ad depositionem, Denuntia-
 „ tio ad Correctionem. Cum autem Exci-
 „ piendo

„piendo fuerit crimen objectum, distin-
 „guendum est, quare opponatur, & quan-
 „do? Si enim objicitur, ut ab accusatione
 „vel testificatione aliquis repellatur, non
 „est inscribi necessè; sed cum opponitur,
 „ut quis à promotione Officii vel Bene-
 „ficii excludatur; idque ante confirma-
 „tionem, non cogitur inscribere, quia
 „crimen hoc modo probatum impedit
 „promovendum, sed non dejicit jam pro-
 „motum; (ab aliis beneficiis prius habitis,
 „quia ad hoc non agitur) post confirma-
 „tionem verò, quia dejicit ab obtento,
 „ad extraordinariam pœnam juxta arbi-
 „trium Judicis, citra vinculum tamen in-
 „scriptionis, est excipiens astringendus,
 „si defecerit in probando. Ratio, quia ex-
 „cipiens non agit principaliter, ut quis pu-
 „niatur, sed ut à judicio vel beneficio ejus-
 „ve possessione excludatur, quod non est
 „agere criminaliter, sed civiliter. Ita *Pirb.*
h. t. 11. 103.

8. C. 17. „ Non solum cum subditus,
 „verum etiam cum Prælatus excedit, si
 „per clamorem & famam ejus excessus ad
 „aures superioris pervenerit, non quidem
 „à malevolis & maledicis, sed à providis
 „& honestis, debet veritatem diligentius
 „perscrutari, ut si rei poposcerit qualitas,
 „Canonica districtio culpam feriat delin-

„quentis; non tanquam sit Actor & Ju-
„dex, sed quasi deferente famâ vel nun-
„tiantē clamore, officii sui debitum exe-
„quatur. Licet autem hoc sit observan-
„dum in subditis, diligentius tamen est
„observandum in Prælatis, qui quasi
„signum sunt positi ad sagittam; & quia
„non possunt omnibus complacere, cum
„ex officio teneantur non solum arguere,
„sed etiam increpare, & interdum suspen-
„dere vel ligare, frequenter odium mul-
„torum incurrunt, & insidias patiuntur;
„& ideo sancti PP. providè statuerunt, ut
„accusatio Prælatorum non facile admit-
„teretur, ne concussis columnis corruat
„ædificium; nisi diligens adhibeatur cau-
„tela, per quam non solum falsæ, sed
„& malignæ criminationis janua præ-
„cludatur. Verum ita voluerunt provi-
„dere Prælatis, ne criminarentur injustè;
„ut tamen caverent, ne delinquerent in-
„solenter. Unde monet Pontifex, cum
„Prælatus super excessibus suis fuerit in-
„famatus, quòd diutius sine scandalo
„dissimulari non possit, nec sine periculo
„tolerari, quatenus Superiores absque
„conscientiæ scrupulo ad inquirendum
„& puniendum ejus excessus, omni gra-
„tiâ & timore postpositis, DEUM solum
„habentes præ oculis, sine personarum

„ acceptione procedant, non timentes ali-
 „ quem hominem contra DEUM, sed
 „ DEUM potius contra omnem hominem
 „ metuentes.

9. C. 21. „ Inquisitionis negotium, quo-
 „ modò sit ritè faciendum, consultus Pon-
 „ tificex respondit: 1.^{mò} Non solum dicta,
 „ sed etiam ipsa nomina, ut quid & à quo
 „ sit dictum, appareat, publicanda; &
 „ exceptiones seu replicationes legitimas
 „ esse admittendas, ne per suppressionem
 „ nominum infamandi; per exceptionum
 „ verò exclusionem, deponendi falsum
 „ audacia præbeatur. 2.^{dò} Si per inquisi-
 „ tionem tale crimen contingat adversus
 „ aliquem inveniri, quod ordinis execu-
 „ tionem suscepti, aut retentionem bene-
 „ ficii, etiam post peractam pœnitentiam
 „ impediret, v. g. homicidium vel simo-
 „ nia, fore sicut in Accusationis iudicio
 „ procedendum ad Depositionem; alio-
 „ quin secundum personæ merita & qua-
 „ litatem excessûs, v. g. adulterii, perju-
 „ rii &c. pœnam poterit iudicantis discre-
 „ tio moderari. 3.^{tiò} Cùm duo vel tres
 „ jurati affirmant, alium crimen aliquod
 „ ipsis videntibus commisisse, super quo
 „ aliquâ non laborat infamiâ, eum non
 „ esse propter dicta huiusmodi punien-
 „ dum, nec super hoc contra eum de-

„ po-

„ positiones recipi debere, cum inquisitio
 „ fieri debeat solum super illis, de quibus
 „ clamores aliqui præcesserunt. 4.^{to} Nul-
 „ lum super eo crimine reputari debere
 „ infamatum, propter dicta jurata pau-
 „ corum, cujus apud bonos & graves in
 „ publico læsa opinio non existit, adeoque
 „ non esse propterea ad depositionis sen-
 „ tentiam procedendum, sed infamato Ca-
 „ nonica poterit indici purgatio secundum
 „ arbitrium judicantis. Unde Judicium
 Inquisitionis differt à judicio Accusatio-
 nis & Denuntiationis; nam cum in eo non
 sit verus accusator, necessè est, ut inter-
 cedat aliquid vices illius supplens, nempe
 fama, aliàs ordo judiciarius omittitur; ut
 etiam patet ex Cap. 24. h. t. „ Sicut accu-
 „ sationem legitima debet præcedere in-
 „ scriptio, sic & Denuntiationem chari-
 „ tativa monitio, & Inquisitionem cla-
 „ morsa insinuatio prævenire. Hunc tamen
 „ ordinem circa Regulares personas non
 „ credimus usquequaque servandum, quæ
 „ (cum causa requirit) facilius & libe-
 „ rius à suis possunt administrationibus
 „ amoveri.

10. II. C. 1. in 6. h. t. decernitur: „ Si
 „ quis coram eo, qui contra ipsum super
 „ certis criminibus inquisitor fuit depu-
 „ tatus, eadem crimina confessus est, fru-
 „

„strà confessionem suam ex eo prætextu
 „impugnat, quòd super iisdem crimini-
 „bus non fuerit antè infamatus, aut quòd
 „Capitula inquisitionis non fuerint eidem
 „tradita, sed puniendus est, prout iustitia
 „exigit. Ratio, quia per confessionem
 propriam Rei in iudicio factam crimen fit
 notorium; ideòque sibi imputare debet
 Reus, quòd non excipiendo contra illegi-
 timationem Inquisitionis crimen suum
 confessus sit.

Praxin formandi processum crimina-
 lem viâ Accusationis, Denuntiationis aut
 Inquisitionis, fusè tradit *Reiffenst. b. t.*
à n. 340. & seqq. è quo prudens Iudex spe-
 ctatis circumstantiis facillè videbit sub-
 stantialia in eo observanda.

TITULUS II.

De Calumniatoribus.

I. CALUMNIATOR propriè est, qui falsa
 crimina intentat, seu innocentem
 per malitiam in iudicium defert. *Præ-*
sumptus dicitur, qui crimen, de quo
 aliquem accusavit vel denuntiavit, in
 iudicio, non probat; nam Actor para-
 tas habere debet probationes; & hinc,
 si in probatione deficiat, præsumi-
 tur animo calumniandi litem movisse.

Hæc

Hæc tamen præsumptio admittit probationem in contrarium, ac concurrentibus circumstantiis & juramento animus calumniandi purgari potest, v. g. si delictum fit semiplenè probatum; aut præcedentem infamiam & indicia sufficientia ad inquisitionem quis docuerit, &c. præsertim si ex officio denuntiet, ut Fiscus. Quod arbitrio Judicis definiendum relinquitur.

2. Pœna Calumniæ (quæ à S. Athanasio in *Apolog. ad Constantiam* appellatur, peccatum diabolicum) jure civili est, ut calumniator ultra condemnationem in expensas ab Accusato vel Denuntiato factas notetur infamiâ & puniatur Talione. Olim *L. Rhemia* statuta fuit pœna inustionis frontis inscriptâ literâ K. quæ est prima calumniatoris. Jure Canonico h. t. c. 1. & 2. Clericus calumniator privatur officio & beneficio. Unde ait *Wagn. h. t.* gravissimè peccant Superiores, qui accusatores & denuntiatores criminum non solum libenter audiunt, sed deprehensâ licet calumniâ impunes dimittunt, multosque innocentes opprimunt.

☞ (+) ☞

TITU-

TITULUS III.

*De Simonia, & ne aliquid pro spiri-
tualibus exigatur vel promittatur.*

De hac agunt Casistæ, & videri possunt
dicta in *Nucl. Theol. Exam. 17. n. 5.*

& seqq. Quibus adde

I. C. *Cum detestabile 2. in Extrav. comm.*

„h.t. in quo Pontifex innovat omnes &
„singulas censuras ac pœnas ante hac
„contra simoniacos quomodolibet latas,
„cujuscunque Dignitatis fuerint, tam
„manifesti quàm occulti. Deinde declarat,
„quòd omnes simoniace ordinati à suo-
„rum sint Ordinum executione suspensi.
„Insuper statuit, ne per Electiones, Postu-
„lationes, Provisions, seu quasvis alias
„dispositiones simoniacas, quæ viribus
„omnino careant, ullum jus cuiquam
„acquiratur; neque fructus faciant suos,
„sed ad illorum restitutionem sub animæ
„suæ periculo teneantur. Item ut universi,
„qui quomodolibet dando vel accipien-
„do simoniam commiserint, aut quòd
„illa fiat, Procuratores vel Mediatores
„extiterint, sententiam excommunica-
„tionis incurrant, à qua nisi à Summo
„Pontifice, præterquam in articulo mor-
„tis, non possint absolvi. Denique omni-

„bus

„bus & singulis cujuscunque Dignitatis &
 „Conditionis injungit, ut eos omnes, quos
 „simoniam commisisse vel procurasse, aut
 „mediatores in ea fuisse sciant, statim per
 „se vel per alios revelent; ac si complices
 „fuerint, non solum veniam, sed etiam
 „gratiam pro hoc consecuturi; quod si
 „non fecerint, absolvi non valeant.

2. Circa hanc famosam extravagantem
 & materiam simoniæ notant Canonistæ

I.º. Pœnas simoniacæ pravitatis (quæ
 „c. 5. h. t. dicitur hæresis, & c. 6. pestis
 „sui magnitudine alios animi morbos
 „vincens, ita ut sine dilatione mox, ac
 „ejus signa per aliquam personam clarue-
 „rint, de Ecclesia debeat eliminari ac re-
 „pelli) esse Excommunicationem, Su-
 „spensionem, nullitatem Electionis vel
 „Provisionis, ac inhabilitatem ad benefi-
 „cium sic obtentum; estò à tertio, ipso
 „provisto ignorante, sit commissæ, ex c. 27.
 „h. t. nisi constet illos, qui promissionem
 „fecerunt, per fraudem in dispendium
 „illius, qui eligendus vel providendus
 „erat, & malitiosè id fecisse; vel nisi ex
 „c. 33. h. t. electo vel provisto invito & con-
 „tradicante alius ipso ignorante pecu-
 „niam promissam solverit, quia tunc non
 „debet ipsi ad pœnam vel culpam im-
 „putari, nisi postea consenserit pecuniam

„pro.

promissam solvendo aut solutionem reddendo; tunc enim actus fictione juris retrotrahitur. Nihilominus si proviso penitus ignorante quis per tertium simoniace obtinuerit beneficium, illudque per triennium bonâ fide possederit, juxta DD. apud *Reiffenst. b. t. n. 278.* per Regulam Cancellariæ 36. *De Triennali* est manutenendus, non obstante, quòd in ea dicatur, ut volens frui favore illius, absque simoniaco ingressu obtinuerit beneficium; eò quòd id videatur restringendum ad eum, qui per propriam simoniam tale obtinuit, & non extendendum ad eum, qui per alienam illud bonâ fide accepit; quia licet tunc in acquisitione titulus fuerit vitiosus, eum tamen possessio triennalis bonâ fide continuata ex benignitate Apost. tribuit. Aliud est de Beneficio Papæ reservato in Concordatis, de quo *Lib. 3. Tit. 6. Append. 2. n. 9.* quia ignorantia facti, non juris excusat ad inducendam præscriptionem cum titulo colorato, juxta dicta in *Nucl. Theol. Exam. 8. n. 8. §. 2.*

2.^{do} Simoniam committi non tantum per pactum expressum, sed etiam tacitum & implicitum, v. g. dicendo: *Si contuleris beneficium, promitto me futurum gratum*, modò ex circumstantiis appareat, eum promittere temporale pro spi-

rituali; secus, si sit tantum promissio gratitudinis in genere, cui pro libitu satisfieri possit vel per spirituale, v. g. preces vel per temporale. *Reiffenst. n. 113.*

3.^{to} Ad nullitatem Electionis sufficere, ut vel unus Electorum temporale pro voto acceperit, est major & ad Canonicam Electionem sufficiens pars legitime & absque simonia elegerit, ut docet communiter contra *Castropalao* apud *Reiffenst. n. 137.* Secus est de Præsentatione; Nam Disp. est, quod Patroni præsentent ut singuli, non jure Collegii; & hinc una præsentatio simoniaca & vitiosa non vitiat aliam, nec influit in illam; e contra in Electione omnes procedunt jure Communitatis, ideoque electio unius Electoris simoniaca inficit totam.

4.^{to} Ad incurrendam ipso facto & pro Foro interno nullitatem provisionis beneficii requiri, ut utrimque commissa sit simonia vera & realis. Unde si quis fidei sine animo solvendi promiserit Electori vel Collatori temporale, licet gravissime peccaverit ratione scandali, beneficium pro Foro interno retinere potest. *Pirb. b. t. n. 100. Reiffenst. n. 130. & c.* imò *Pichler Decis. 6.* resolvit, eum, qui fidei promisit æmulo ad Episcopatum, se certam summam pecuniæ daturum, si cum sua factione ad

suas partes transfiret, quamvis postea non vi promissionis, sed ad redimendam vexam (ne hanc promissionem aliis revelet) solverit eandem, posse in foro conscientiae acceptare & retinere Dignitatem Episcopalem; secus, si verè promississet & solvisset.

5.^{to} Quamvis simoniacus beneficiis prius legitime obtentis non sit privatus ipso jure, sed per sententiam sit privandus; ipsum tamen ipso facto esse inhabilem ad beneficium simoniace obtentum retinendum, aut per novam collationem legitimam acquirendum sine speciali dispensatione. *An hanc pro foro interno, si simonia sit occulta, dare possit Episcopus, ut quis post liberam talis beneficii resignationem possit de novo illud acquirere?* Communior & probabilior contra nonnullos apud *Reiffenst. n. 339.* negat.

Denique esse simoniam Juris Divini, aliquid dare vel exigere pro ipso ingressu aut receptione in Religionem, quia status Religiosus est res omnino spiritualis, adeoque non aestimabilis pretio temporali. Imò si Monasterium sit opulentum & satis fundatum, est simonia, saltem Juris Ecclesiastici, omne pactum aut conventio de dando temporali sub titulo seu prætectu sustentationis post Professionem. Ratio,

N n 2

quia

quia jus vivendi de bonis Monasterii per
 pias fundationes ad sustentationem Pro-
 fessorum deputatis sic est annexum Pro-
 fessione, sicut Beneficio Ecclesiastico jus
 percipiendi fructus; ergo sicut pro Prae-
 benda seu jure percipiendi fructus non
 potest quidquam exigi, ita neque pro jure
 sustentationis Religiosæ; adeoque si exi-
 gatur, reverà pro Receptione exigitur,
 cum alius titulus non superfit; proinde
 tam dantes quàm exigentes subjacent poe-
 nis per Canones latis, *C. Sanè 1. in Extra.*
Comm h.t. Excommunicationis & Suspen-
 sionis Conventûs, absolutione soli Papa
 reservatâ, non obstante consuetudine
 contrariâ, quæ corruptela est potius di-
 cenda.

Dixi 1. *Si Monasterium sit opulentum.*
 Nam si sit inops, non habens sufficientes
 redditus ad alendas personas, licitè juxta
 communem DD. & legitimam consuetu-
 dinem paciscitur cum ingressuris de Dote
 ad honestam sustentationem, (utî spon-
 sus cum sponsa ante matrimonium) quia
 temporale sic non exigitur instar pretii
 pro re spirituali, sed instar conditionis
 necessariæ, ne alii Religiosi graventur.
 Dixi 2. *Sub pretextu sustentationis;* quia,
 ut notat *Reiffenst. n. 182.* possunt Regu-
 lares pacisci & exigere certam summam

NE PRÆLATI VICES SUAS VEL ECCLESIAS &c. 565
pecuniæ, ut secutâ Professione Monaste-
rium renuntiet hæreditati aliisque præ-
tentionibus temporalibus sibi de jure ob-
venientibus, quia tale pactum fit circa
merè temporalia. Dixi 3. *Post Professionem*;
nam ex Trident. *sess. 25. de Regul.*
c. 16. licitum est pro victu & vestitu No-
vitii tempore, quo in probatione est, ut-
pote nullum ad hæc jus habentis, ali-
quid ex bonis ejusdem dare & acci-
pere, ac circa hæc pacisci, ut docet
Pirb. n. 60.

TITULUS IV.

*Ne Prælati vices suas vel Ecclesias sub
annuo censu concedant.*

I. C. i. h. t. decernitur: „Cum in quibus-
dam partibus Decani sub pretio
„constituerentur, & pro certa pecuniæ
„quantitate Episcopalem jurisdictionem
„exercerent, statuit Pontifex, ut, qui id de
„cætero præsumpserit, officio suo prive-
„tur, & Episcopus conferendi hoc offi-
„cium potestatem amittat. Et C. 2. Si quis
„id fecerit, auctoritate Apost. removea-
„tur à Clero, & Episcopus Canonicâ di-
„strictione percellatur. Ratio, quia ju-
„risdictio Episcopalis, cum sit spiritua-
„lis, absque simonia vendi non potest ab

Episcopo, qui potius debet ipse dare stipendium seu salarium Vicario, quam ab eo pecuniam accipere. N. D. In Curia Rom. quotidie venduntur Clericatus Camerae & Auditoriatus, quibus Officiis annexa est Jurisdictio Ecclesiastica. Nam quod in his Officiis Papa separet jurisdictionem, quae gratis conceditur, ab emolumento temporali, quod sic emi & vendi potest. *Nec obstat C. 6. de Relig. Dom.* ubi aperte docetur, Episcopum posse sub annua pensione Monachis remittere jurisdictionem Diocesanam. Nam illam pensionem non exigit ut pretium jurisdictionis remissae, sed ad probationem subjectionis antiquae & exemptionis concessae; ac ob commodum temporale, quo Monasterium gaudet & Episcopus caret.

Ex his patet, non solum jurisdictionem Ecclesiasticam, sed etiam actus illius, v.g. Absolutiones à Censuris, relaxationes poenarum Eccles. Dispensationes &c. esse materiam simoniae, ut pro iis pecunia velut pretium dari non possit; (hinc simonia foret, si quis det Sacerdoti pecuniam, ut Titium non absolvat, quia confessio dare vel negare absolutionem est actus jurisdictionis spiritualis seu clavium; secus, si quis daret alteri pecuniam, ne

Sacrum

Sacrum audiat, ne confessiones excipiat, &c.) quamvis sæpe exigatur tum ad sustinenda onera Pontificatûs, sustentationem Officialium, Neo-conversorum &c. tum in pœnam delicti commissi, cui censura est annexa, tum ad refrænandam nimiam aviditatem petendi Dispensationem in gradibus prohibitis ex causis sæpe non necessariis; tum per modum stipendii, quia nemo debet militare propriis stipendiis, quod nihil involvit simoniæ, ut patet in stipendio Missarum.

2. C. 3. h. t. „Enormis consuetudo, ut sub annuo pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen statuantur, modis omnibus prohibetur. Ratio patet ex modo dictis. Vide *L. 3. T. 39. n. 1.* ubi dicitur, quo titulo possit Episcopus annum censum seu pensionem beneficio imponere. Verum simoniacum non est, possessiones & redditus Ecclesiæ sub annuo censu alicui elocare, cum ea res sit merè temporalis, ex *C. 4. h. t.* Imò, ut rectè docet *Pichler Decis. 148.* si Capitulum vel Monasterium sit incorporata Ecclesia Parochialis, illud posse citra simoniam à Vicario suo licitè ac justè exigere pensionem annuam, eamque augere, non ratione commissi ministerii spiritualis; sed vi locationis reddituum Parochialium, qui ratione in-

corporationis spectant ad Monasterium, cum ea tamen obligatione, ut Vicario congruam assignet portionem ad honestam sustentationem arbitrio Episcopi determinandam, ex *Trident. sess. 7. de Ref. c. 7.* & quamvis factâ tali determinatione non possit propriâ auctoritate sine consensu Episcopi eam imminuere; reliquos tamen fructus ad se de jure pertinentes, pro variatione circumstantiarum, pro majori vel minori pensione annua concedere potest, quia sic temporale exigit pro temporali, quod simoniacum non est.

TITULUS V.

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

I. C. I. & 4. h. t. statuitur: „ Ut per unam
 „ quamque Cathedralem Ecclesiam
 „ Magistro, qui Clericos ejusdem Eccle-
 „ siæ & Scholares pauperes in Gramma-
 „ tica & Sacra Pagina gratis doceat, com-
 „ petens aliquod Beneficium præbeatur,
 „ quo docentis necessitas sublevetur, &
 „ discentibus via pateat ad doctrinam.
 Quod confirmat *Trid. sess. 5. de Ref. c. 1.*
 & *sess. 23. c. 18.* Et licet hæ Scholæ in Ec-
 clesiis hodie ob institutas Universitates
 vel

DE MAGISTRIS, ET NE ALIQUID EXIGATUR &c. 569
vel Gymnasia desiêrint, in iis tamen re-
manserunt Præbendæ Magistrales, dictæ
Scholasteriæ, eâsque obtinens dicitur
Scholasticus.

2. C. 2. h. t. prohibet Pontifex: „ Ne pro
„ licentia docendi ab aliquo aliquid exi-
„ gatur vel promittatur. Si quid fuerit
„ solutum vel promissum, promissum
„ remitti, solutum vult restitui. Et C. 3.
„ Sub anathematis interminatione vult
„ provideri, ne ab aliquo pro præstanda
„ licentia docendi aliquid exigatur; sed ut
„ quicumque viri idonei & literati volunt
„ regere studia literarum, eos sine mo-
„ lestia & exactiōe qualicunque Scholas
„ regere patiantur. Ratio, quia quamvis
pro nuda licentia docendi Theologiam,
quæ est scientia naturalis, aliquid exigere
non sit propriè simonia; (sicut si exige-
retur pro Catechesi aut Concione, quæ
per se ordinantur ad finem supernatu-
ralem) cùm actus docendi non sit res
sacra, nec actus potestatis spiritualis,
illud tamen tanquam illicitum & in-
justum hîc prohibetur, eò quòd redundet
in gravamen tum docentium, quos decet
potiùs precibus & muneribus ad docen-
dum invitari; tum discipulorum, à qui-
bus ideo majus stipendium seu miner-
val docentes exigent; ac tali modo

sæpe minùs idonei & minùs literati sibi viam ad temporales Professorum honores pararent, neglectis dignioribus. *Nec obstat*, quòd in Academiis liceat exigere pretium pro Gradibus Baccalaureatùs, Magisteriatùs & Doctoratùs. *Nam* id non exigitur pro licentia docendi; sed pro honoribus & emolumentis temporalibus, quibus tales Graduati per publicum testimonium approbationis ad officium docendi perfruuntur, quæ sunt pretio æstimabilia; neque pro his gradibus pretium exigere reperitur prohibitum. Vide *Nuch. Theol. Exam. 17. n. 4. §. Econtra.*

TITULUS VI.

De Judæis & Saracenis, & eorum Servis.

I. Per JUDÆOS intelliguntur, qui Legem Moysis profitentur; per SARACENOS sic dictos à Sara uxore Abrahamæ, (potius ab Agar & Ismaële, à quibus descendunt, dicendi Agareni) qui Sectæ Mahumetis adhærent, cujuscunque sint Nationis, sive Turcæ, qui Alcoranum juxta Expositionem *Omar*; sive Persæ, qui eundem acceptant juxta interpretationem *Aly*, discipulorum Mahumetis inter se prorsus discrepantium, ut ea propter Tur-

DE JUDÆIS ET SARACENIS, ET EORUM SERVIS. 571
cæ & Perfæ se invicem plus quàm hære-
ticos persequantur. Circa hos h. t.

2. I. *In Decret. c. 1. & 2.* decernitur:
„Nullum Christianum mancipium Ju-
„dæis seruiat; ii verò, qui colendis eo-
„rum terris sunt adstricti, remaneant,
„& consuetas pensiones eis præbeant;
„nihil verò extra ea, quæ de colonis vel
„originariis, qui ex legum districtione
„sunt liberi, jura præcipiunt, oneris ipsis
„indicatur; aliàs jus colonarium & do-
„minium sibi ipsis damnant, i. e. eo ipso
amittunt.

3. C. 3. „Sicut legalis diffinitio Judæos
„novas non patitur erigere Synagogas,
„ita quoque eos sine inquietudine veteres
„habere permittit. Cui consonat C. 7. Ju-
„dæos, de novo construere Synagogas,
„ubi eas non habuerunt, pati non debet.
„Verùm si antiquæ corruerint, ut reædi-
„ficent, potest æquanimiter tolerari; non
„autem, ut eas exaltent, aut ampliores
„vel pretiosiores faciant, quam antea
„fuisse noscuntur; qui utique pro magno
„debent habere, quòd in veteribus Sy-
„nagogis & suis observantiis tolerantur.
Hinc etiam rectè docet *Pichler Decis. 150.*
quamvis Judæi, ubi sunt jam recepti, si
modestè se gerant, leges ac condiciones
sibi positas seruent, sint tolerandi; practi-
cè

cè tamen loquendo licitè ac sine peccato eos recipi non posse in locum vel territorium, ubi non sunt; nisi gravis suppetat causa præponderans gravissimis Christianorum ac subditorum damnis ex eorum receptione metuendis; tum quia non sine injuria Salvatoris & Christianæ Religionis, cui quotidie solet perverfa hæc gens maledicere, fidelibus cohabitant; tum quia per fraudes, excessivas usuras, emptiones rerum furto, etiam sacrilego, ablatarum &c. putantes omnia Christianorum bona ipsis debita, Christianos injustè defraudant, emungunt & multos ad incitas redigunt. Videant igitur Principes eorūque ad hoc Consiliarii, quâ conscientiam suis lucris inhiantes, non subditorum saluti consulentes, in novis locis concedant Judæis saluum conductum, non sine ingenti subditorum præjudicio & damno, quibus aptari potest illud *Ezech. 34. Væ Pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. Pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves mee in devorationem bestiarum, hæc dicit DEUS. Super Pastores requiram gregem meum de manibus eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius semetipsos.*

4. C. 5. „ Jubes Pontifex, generaliter interdici, ne Judæi ostia vel fenestras in die „ Parasceves apertas habeant, sed eas per „ totum diem claudant. C. 6. Judæi sive „ Saraceni neque sub alendorum suorum „ puerorum obtentu, neque pro servitio „ vel alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. Excommunicentur, qui cum eis præsumpserint habitare. C. 8. Judæorum servitio nemo assidue pro aliqua mercede se exponat; neque obstetrices & nutrices infantes Judæorum in domibus eorum nutrire præsumant, quia ob continuam conversationem instigante humani generis inimico ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent. Unde etiam Can. *Omnes 14. Caus. 28. q. 1. Prohibitum est Christianis, ne Judæos ad convivium invitent, & ne invitati in convivijs ipsorum compareant.*

5. C. 9. statuit Pontifex: „ Ut nullus Christianus invitos vel nolentes Judæos ad „ baptisma venire compellat; aut quemlibet eorum sine judicio terrenæ potestatis vel vulnerare, vel occidere, vel suas „ illis pecunias auferre præsumat; aut in „ festivitatum suarum celebratione quifquam fustibus vel lapidibus eos pertur-

„ bet;

„bet; aut cœmeterium eorum mutilare
 „vel invadere audeat. Si quis contraire
 „præsumperit, honoris aut officii sui pe-
 „riculum patiat, vel Excommunicacione
 „plectatur. Textus planus est. *An
 autem proles Judæorum & Infidelium in-
 scis ac invitis parentibus Principi Catholico
 subjectis licitè baptizentur?* Negat D. Tho-
 mas; affirmat Scotus. Saltem juxta *Engel-
 h.t. n. 12. Reiffenst. n. 52.* & communem DD.
 infantes, si sint in articulo mortis; aut
 etiam adulti, si sint perpetuò amentes,
 ex naturali præcepto charitatis in *Nuch.
 Theol. Exam. 5. n. 13. §. 2.* necessario per
 baptismum sunt juvandi, tunc enim cessat
 periculum perversionis & injuriæ bap-
 tismi, adeoque id per potestatem humanam
 prohiberi nequit.

6. II. In *Extrav. comm. c. 1.* item *c. 6.
 & 12. in Decret.* „Excommunicantur,
 „qui Saracenis arma, ferrum, lignamina
 „galearum &c. ad impugnandos Chri-
 „stianos deferunt, sive quocumque alio
 „modo vel ingenio eis subsidia vel consilia
 „impendunt; aut mercimonium cum eis
 „habuerint, quamdiu inter nos & illos
 „Guerra durârit; (unde non sufficit Treu-
 „ga) contrafacientes decernuntur capien-
 „tium servi, infames ac intestabiles, tam
 „activè, quàm passivè, eorùmque bona
 „Fica

„Fisco subjiciuntur; quæ excommunicatio etiam innovatur in Bulla Cœnæ. Sed dolendum, ait *Reiffenst. h. t. n. 25.* quòd hæ Leges ob sævam cupiditatem vel ditescendi, vel plus dominandi, tam parùm observentur.

TITULUS VII. VIII. & IX.

De Hæreticis; de Schismaticis & Ordinatis ab eis; ac de Apostatis & reiterantibus Baptisma.

I. DE HÆRETICIS c. i. h. t. decernitur: „Dubi-
 „buis in fide infidelis est. Nec eis
 „omnino credendum est, qui fidem ve-
 „ritatis ignorant. De quo dubio hoc in-
 telligendum, vide in *Nucl. Theol. Exam. 6.*
n. 1. An hæreticus contra Catholicum, ut
testis vel accusator, admitti possit? Collige
 ex dictis *L. 2. Tit. 20. n. 6.* In cæteris Capi-
 tibus h. t. statuuntur pœnæ contra hære-
 ticos eorùmque receptatores, defensores
 & fautores, signanter *C. 9. & 13.* pœna
 Excommunicationis; Degradationis, si
 sint Clerici; Confiscationis bonorum; Ir-
 regularitatis; in qua tamen, si hæresis
 foret occulta, ex *Trid.* posset Episcopus
 dispensare; Absolutionis subditorum à de-
 bito fidelitatis, obedientiæ & domini;
 Pri-

576 LIBER V. TITULUS VII. VIII. & IX.
Privationis omnium privilegiorum, ju-
rium & Ecelesiasticæ sepulturæ; Infamiae;
Intestabilitatis activæ & passivæ &c. At
hi Canones in Germania, in qua hæretici
sunt viribus potentiores Catholicis & to-
lerari debent, locum non habent, sed tan-
tùm, ubi viget officium Inquisitionis. Vide
Nucl. Theol. Exam. 5. n. 9. & Exam. 6. n. 1.

II. De SCHISMATICIS, qui se ab unitate
Ecclesiæ separant, nolentes tanquam
membra subesse legitimo Rom. Pontifici
tanquam capiti, sed vel notorio Anti-
Papæ adhærent, estque schisma purum,
vel in hæreticos degenerant, statuitur h. t.
c. 1. „ Ordinationes factas à schismaticis
„ irritas esse; putà quoad executionem seu
exercitium Ordinis; non autem quoad
substantiam & valorem Ordinis; im-
munt enim verè characterem, & confe-
runt potestatem Ordinis, licèt suspensam
& impeditam. Nam c. 2. h. t. ait Pontifex
„ Ordinum à schismatico esse ab officio
„ repellendum, nisi legitime probârit, se
„ cum fuisse dispensatum.

III. APOSTATA dicitur, qui recedit vel
à fide *simpliciter & ex toto*, (si enim quo-
ad aliquos tantùm articulos recedat, est
hæreticus) declinando ad Atheismum vel
Paganismum; vel à *Statu Clericali*, dum
in Sacris constitutus habitum & Tonstr-

DE HIS, QUI FILIOS OCCIDERUNT, &c. 577
ram Clericalem deserit, prorsus ut laicus
vivens; vel à Religione, dum professus
deserit statum Religiosum, quos Pontifex
h. t. jubet pœnis Canonicis compesci. Cir-
ca temerè *Reiterantes Baptisma* Jure Ca-
nonico h. t. statuitur Irregularitas; de Jure
Civili ultimum supplicium; quanquam
ob prudens dubium Baptismus sæpe sub
condicione sit denuo conferendus.

TITULUS X. XI. & XII.

*De his, qui Filios occiderunt, Item de
Infantibus & Languidis expositis; ac
de Homicidio voluntario
& casuali.*

Postquam actum est de Criminibus, quæ
contra DEUM & Religionem princi-
paliter committuntur, pergit Compiler
ad delicta, quibus proximus læditur, in
suis bonis corporis, fortunæ & famæ.

I. *Tit. io. c. i.* mandat Pontifex: „ Ut Epi-
scopus mulierem, quæ filium suum ex
„ iracundia interfecerat, inducat ad in-
„ gressum Monasterii; si autem induci ne-
„ queat, licentiam tribuat nubendi, quia
„ tutius, ut nubat uni soli, quàm inhoneste
„ multos admittat. Jure Civili pœna Par-
ricidii proprii, dum quis ascendentem

578 LIBER V. TITULUS X. XI. & XII.
vel descendente in secundo gradu occi-
dit, (occisio Conjugis vel consanguinei
collateralis, licet sit contra Pietatem
juxta dicta in *Nucl. Theol. Exam. 20. n. 3.* et
parricidium improprie tale) est, ut in-
tus culeo cum cane & gallo gallinaceo &
vipera & simia, vel in mare, vel in amnem
projiciatur. Juxta Constitutionem crim
CAROLI V. mater committens infantici-
dium jubetur viva in terra defodi, & pe-
ejus corpus palus transfigi; aut aqua ful-
focari. Verum, ut ait *Reiffenst. h. t. n. 6.*
hae poenae in variis locis in usu esse desin-
runt, aliaque infliguntur, juxta consuetu-
dines locorum. Praeterea c. 3. h. t. decer-
nitur: „ De infantibus, qui mortui repe-
„ riuntur cum patre & matre, & non ap-
„ paret, an ab iis oppressus sit, vel proprio
„ morte defunctus, non debent inde securi
„ esse, nec sine poenitentia; si autem eos
„ non latet, ipsos interfectores esse, scire
„ debent, se graviter deliquisse; puta non
adhibendo debitam cautelam. Agunt hi
Canonistae de procuratione abortus, de
de qua vide *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 3. §. 1.*
& *Exam. 33. n. 2.*

II. *Tit. II.* statuitur c. un. „ Si a patre
„ five alio, sciente ipso aut ratum habente,
„ relegato pietatis officio infans expositus
„ extitit, hoc ipso fuit a potestate patria
„ libe

liberatus; nam hoc casu in ingenuitatem
 „libertus, (i. e. emancipatus, seu à servi-
 „tute liberatus) & servus in libertatem
 „eripitur. Quod & de prædictis cujus-
 „cunque ætatis languidis, si expositi fue-
 „rint; vel si alicui eorum alimenta impiè
 „negari contigerit, est dicendum. Est per
 se clarum. Imò infantes expositi censentur
 legitimi, juxta dicta in *Nucl. Theol. Exam. 33. n. 4. §. 3. Quarum autem Dignitatum sint incapaces, & quâ pœnâ parens exponens sit Jure Civili puniendus? Vide apud Reiffenst. h. t.*

III. An & quando homicidium voluntarium casuale aut dubium; item mutilatio inducant irregularitatem? Dictum est in *Nucl. Theol. Exam. 33. n. 2. & n. 3. §. 7. & 8.* quare h. t. nihil addendum, nisi quòd Pyrrhus Corradus *Prax. Dispens. Apost. L. 5. c. 2. n. 3.* contra alios doceat, ob exercitium crudelium actuum, v. g. Judicem, militem in judicio bellico &c. immiscendo se sententiæ sanguinis, eam proferendo, legendo, &c. incurrere irregularitatem, licet postea mors vel sanguinis effusio secuta non fuerit, eò quòd per ipsos non steterit, quòd non fuerit secuta, sed ad eam præstiterint omnem operam. Verùm ex hoc sequeretur, quòd eam quoque incurreret, qui in alterum explosit sclopetum

580 LIBER V. TITULUS X. XI. & XII.
morte non secutâ, quod nemo dixerit.
Quorum bonorum aggressorem liceat oc-
cidere? Vide in *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 5.*

Quæres: Cùm in Veteri Testamento
Gen. 9. Levit. 24. & Exod. 21. DEUS in homi-
cidas statuerit pœnam mortis, an Prin-
ceps, habens jus aggratiandi, possit hanc
pœnam remittere, & in aliam, v. g. mul-
ctam pecuniariam commutare? Negant
plerique J. C. ⁱⁱ A catholici cum Carpzovio
eò quòd nulla potestas humana possit di-
spensare in Lege Divina. Nihilominus
cum *Schmalzgr. T. 37. n. 33.* & aliis affirma-
tivè. Ratio, quia licet lex naturæ dicet,
ut delicta per se puniantur, modus tamen
punitiois determinatus est à Lege Hu-
mana, in qua Princeps dispensare potest.
Leges quidem morales Veteris Testa-
menti non sunt abrogatæ; Judiciales verò
(uti & Cæremoniales) v. g. jubentes homi-
cidas morte puniri & similes, in Novo Te-
stamento suam vim amiserunt; aliàs Re-
de adulterio ex *Levit. 20. & Deut. 22.* mor-
te plectendi forent, & quidem ex *Joan. 8.*
per lapidationem, quod nec ipsi adver-
sarii admittunt. Dixi: *Princeps habens jus*
aggratiandi; quia inferior habens jus gla-
dii, aut Judex nequit pœnam mortis in
homicidas latam commutare; nam ut di-
citur *L. 1. ff. ad S. C. Turpilianum*: *Facili*

DE TORNEAMENT. ITEM DE CLERIC. PUGN. &c. 581
quidem questio in arbitrio judicantis est,
pœna verò persecutio non ejus voluntati
mandatur, sed Legis auctoritati reserva-
tur; quamvis ob causas v. g. ratione æta-
tis, sexûs, diuturni carceris &c. pœna
mortis aliquando mitigari possit, de qui-
bus Criminalistæ.

TITULUS XIII. XIV. & XV.

*De Torneamentis; Item de Clericis
pugnantibus in Duello; & de
Sagittariis.*

I. **P**ER TORNEAMENTA, Germanicè **Thur-**
nier, h. t. veniunt hastiludia seu ludi,
in quibus milites vel Nobiles equestres ad
ostentationem virium ac peritiæ tractan-
dorum armorum congregiuntur. Si fiant
cum adjuncto mortis periculo, v. g. cum
lanceis acutas cuspides habentibus, c. i. h. t.
„prohibentur, & in torneamentis mor-
„tuo, non quidem pœnitentiam, sed sepul-
„turam Pontifex negari jubet. Verùm si
fiant citra mortis periculum, v. g. cum ha-
stis sine cuspede aut hebetibus ensibus; vel
cum hastis & armis non se invicem, sed
suppositam statuam, petendo, sunt laicis
permiffa. Huc etiam pertinet agitatio tau-
rorum aliarumque ferarum in Hispaniis
usitata, de qua pariformiter loquendum.

II. De DUELLO vide *Nucl. Theol. Exam.*
26. n. 8. §. 5.

III. Per SAGITTARIOS intelliguntur, qui
in jaculandis sagittis; per BALLISTARIOS,
qui in emittendis lapidibus aut globis
plumbeis vel ferreis ex BALLISTIS seu cata-
pultis, i. e. machinis seu tormentis bel-
licis, ad conterendos hostes peritiam ha-
bent, quibus *h. t. c. un.* „Sub anathemate
„prohibetur, hanc artem mortiferam
„contra Christianos & Catholicos exer-
„cere; putà apud hostes fidei & extra bel-
lum formaliter justum.

TITULUS XVI.

De Adulteriis & Stupro.

De his aliisque speciebus luxuriæ actum
est in *Nucl. Theol. Exam.* 7. n. 3. & quid
restituendum pro defloratione, stupro
& adulterio? *Exam.* 11. n. 2.

TITUL. XVII. XVIII. & XIX.

De Raptoribus, Incendiariis, & Vio- latoribus Ecclesiarum; Item de Furtis, & de Usuris.

I. R APTOR potest esse vel *personæ* per vio-
lentam abductionem illius in servi-
tutem

tutem, estque *Plagium*; vel explendæ libidinis causâ, estque *Raptus* species luxuriæ; vel ex intentione eam ducendi, de quo in *Nucl. Theol. Exam. 30. n. 16.* estque impedimentum dirimens; vel Raptor *Rerum*, qui differt à fure, uti *Furtum* & *Rapina*, de quibus in *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 3. §. 3.* INCENDIARIUS, vulgò *Mord-Brenner* est, qui dolo malo ædes vel bona aliena, ut segetes, sylvam &c. supposito igne incendit, aut ad hoc consilio vel auxilio scienter cooperatur. VIOLATOR ECCLESIA-
RUM dicitur, qui Ecclesias aliâque loca sacra effringit & spoliât. In hos Jure Canonico h. t. statuitur pœna Excommunicationis; Jure Civili diversæ pro qualitate & quantitate delicti.

II. De FURTIS vide *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 3. §. 3.* Item *Exam. 10. §. 11.* per totum, quibus nil addendum duxi.

III. De USURIS pariter actum est *Exam. 15. n. 2.* item *L. 2. Tit. 24. n. 2.* quibus adde *C. 4. h. t. in Decret.* ubi rescribit Pontifex:
 „Cum usurarum crimen utriusque Testa-
 „menti Pagina detestetur, super hoc di-
 „spensationem aliquam non posse fieri;
 „quia cum Scriptura prohibeat pro alte-
 „rius vita mentiri, multò magis prohi-
 „bendus est quis, ne etiam pro redimenda
 „vita captivi usurarum crimine involva-

384 LIBER V. TIT. XVII. XVIII. & XIX.
tur. Unde usuræ, utpote Jure naturali
& Divino prohibitæ, nullâ potestate Ec-
clesiasticâ vel sæculari fieri possunt licitæ,
ideo C.18. h.t. statuit Pontifex, ut si de
cætero quocunque prætextu Judæi à
Christianis graves immoderatasque usuras
extorserint, Christiani per sententiam
Excommunicationis compellantur ab
eorum commerciis abstinere; Principibus
autem injungit, ut à tanto gravamine
cohibeant Judæos. Et C.12. Ut Judæos ad
remittendas Christianis usuras compellant.
Imò C.un.h.t.in Clement. statuit Pontifex,
ut quivis Magistratus aut Judices,
Confiliarii aut quivis Officiales statuta
de cætero facere, ut solvantur usuræ; vel
ut solutæ, cum repetuntur, non plenè ac
liberè restituantur, aut id scienter judicare
præsumperint, sententiam Excommunicationis
incurrant; ac si quis pertinaciter affirmet
exercere usuras non esse peccatum, eum esse
velut hæreticum puniendum. Ex quibus inferunt
Pirb. h.t. 11.17. aliique Canonistæ, Principes Christianos,
quamvis possint statuere, ne Judæi excessivas
usuras exigant; & permittere ob bonum publicum
& ad vitanda majora mala usuras impunè
exerceri à Judæis, (utì etiam ideo sæpe permittuntur
lupanaria &c.) non tamen posse præcipere, ut
ipfi

DE CRIMINE FALSI, DE SORTILEGIIS, &c. 585
ipsis usuras ob mutuatam pecuniam sol-
vant, non obstante quavis consuetudine,
quæ potius est corruptela, cum sit contra
Jus naturale & Divinum.

TITULUS XX. XXI. & XXII.

*De Crimine Falsi; de Sortilegiis; & de
Collusione detegenda.*

I. CRIMEN FALSI est perversio veritatis
cum dolo & alterius jactura seu
damno; de quo vide *Nucl. Theol. Exam. 9.*
n. 4. & Exam. 15. n. 4. §. 9. potestque com-
mitti vel *Dicto*, v. g. si testis in Judicio vel
falsum dicat, vel veritatem occultet; aut
Scripto, v. g. si quis scienter & dolo malo
falsum instrumentum in sui vel alterius
gratiam & alterius præjudicium conficiat;
falsificet Literas Apost. quarum falsarii
specialibus pœnis subjiciuntur; aut *Facto*,
v. g. qui alicui alienum partum supponunt;
pondera & mensuras rei corrumpunt, vel
merces adulterant; limites agrorum do-
losè mutant; falsarii monetæ &c. aut *Usu*,
v. g. qui dolosè in alterius præjudicium
sibi alienum nomen aut alienæ Familiæ
insignia usurpant; adulterinam monetam
colligunt & expendunt &c. Pro qualitate
& quantitate criminis Falsi in Jure Cano-
nico & Civili diversæ pœnæ statuuntur.

II. SORTILEGIUM comprehendit Divinationem, Vanam Observantiam & Magiam superstitiosam, de quibus in *Nucl. Theol. Exam. 17. n. 2. §. 2. 3. & 4.* *Proprie* significat observationem alicujus fortuiti eventus sortium, juxta quem aliqua actio instituitur, occultum cognoscitur, vel futurum prædicatur. Sortes autem sunt vel Divinatoriæ, vel Consultoriæ, vel Divisoriæ, quæ aliquando licitæ, aliquando illicitæ sunt. *Divinatoriæ* sunt, quibus latentis veritatis manifestatio, v. g. occulti furis vel futurorum revelatio petitur, de quibus h. t. c. i. „In Taleis (i. e. sectionibus lignorum) vel in Codicibus etiam „sacris sorte futura non sunt requirenda „vel Divinationes observandæ. N. D. S. Franciscus aliique pii viri ex librorum fortitione futura arguerunt. Item *Josue 7.* per sortes deprehensum est furtum Achan. Et *Jon. 1.* delictum Jonæ &c. Nam &c. ea facta esse ex instinctu Divino sine expressa vel tacita invocatione dæmonis. *Consultoriæ* sunt, quibus consulimus, quid agendum sit, ut fors succedat loco consilii, v. g. de assumendo statu &c. Hæc fortitio si fiat non temerè, (quia aliàs esset Tentatio DEI, de qua in *Nucl. Theol. Exam. 17. n. 3. §. 1.* vel saltem, ut plerumque peccatum veniale curiositatis) sed cum

debita reverentia & precibus ad DEUM
 fufis, urgente neceffitate ad tollendas du-
 bitationes humanâ industriâ & confilio
 difficulter decernendas, per fe illicita non
 eft. Sic *1 Reg. 10.* Saul electus eft Rex. *Act. 1.*
 Matthias electus eft Apoftolus &c. Hodie
 tamen Jure Canonico C. 3. h. t. „Sortis
 „ufus in Electionibus Ecclefiasticis per-
 „petuâ prohibitione damnatur. Ratio,
 quia electio ad Dignitates & Officia Ec-
 clefiastica debet fieri ex delectu & cum
 ratione; non autem cafui feu certæ for-
 tunæ temerè subjicienda, ne contingat
 promoveri minùs dignum præ digniore.
Diviforia funt, quæ affumuntur ad divi-
 dendas res inter plures, dirimendas lites
 &c. funtque per fe licitæ. Sic *Num. 25.* ter-
 ra Promiffionis forte divifa eft inter Ifraë-
 litas, bona hæreditaria inter plures co-
 hæredes dividi poffunt &c. Item Judi-
 ciales controverfiæ de confenfu partium
 forte dirimi poffunt, juxta illud *Prov. 18.*
Contradictiones comprimit fors. Sic per fe
 etiam licitæ funt fortes in Electionibus ad
 Officia sæcularia, modò non fit pericu-
 lum, ne inidoneis conferantur contra
 Juftitiam Distributivam. Item forte de-
 fignari poffunt periculofæ ftationes in bel-
 lo; periculofæ functiones Sacerdotum
 tempore peftis &c. Usus quoque præ-
 fertim

588 LIBER V. TITUL. XX. XXI. & XXII.
fertim bellicus obtinuit, ut plures Rei
mortis inter se sortem mittere permittan-
tur, quis ex iis supplicium ferre debeat &c.
imò lis super beneficio, saltem simplici,
de consensu collitigantium, accedente
auctoritate Ordinarii collatoris, potest per
fortes (sicut per aliam transactionem &
compositionem, *arg. c. 21. de Præb.*) dirimi,
ita ut ei, cui fors favet, collator illud tunc
Canonicè conferat; secus, si fiat à colliti-
gantibus auctoritate propriâ, tum quia
tale pactum foret simoniacum; tum quia
neuter potest alteri conferre legitimum ti-
tulum beneficii. Ita DD. apud *Schmaltzgr.*
h. t. n. 43.

III. COLLUSIO est latens & fraudulenta
inter actorem & Reum conventio, ut Reus
absolvatur, & Judicium publicum redda-
tur illusorium; cui crimini videtur tantum
locus esse in criminalibus & beneficiis Ec-
clesiasticis; non in Civilibus, quia in his
licita est litigantibus transactio & desertio
litis, cum agatur tantum de privato in-
teresse ipsorum; e contra in Criminalibus
agitur de bono communi exigente, ne de-
licta maneant impunita; & in beneficiis de
bono Ecclesiæ vel præjudicio Collato-
rum. Si Accusator partes Rei tacitè adju-
vat, veras probationes omittendo, inef-
ficaces adducendo, aut falsas Rei ex-
ceptio

ceptiones admittendo, est PRÆVARICATIO; si post litem contestatam ab accusatione criminis prorsus desistat, est TERGIVERSATIO, circa quam C. 1. h. t. decernitur: „Si Accusator & Accusatus inter se fecerint gratiam, non ex charitate, sed ex præmio, culpa sine vindicta nullâ ratione est dimittenda; adeoque uti Jure Civili *L. Sciendum 2. ff. de Prævar.* ita ex Jure Canonico collusoribus non certa, sed arbitraria pœna injungitur, nisi facta sit collusio super beneficiis; nam C. 3. h. t. decernit Pontifex: „Clerici, inter quos super beneficiis collusio facta est, iis app. rem. perpetuò spolientur; quia indignum est & absolum, si fraus & dolus, quem in præjudicium Ordinarii & Collatorum nituntur committere, in eorum non re- dundaret incommodum & jacturam. Causam huic Decretali dederunt Clerici Anglicani, qui ut beneficia redderent quasi hereditaria, arte collusionis sibi litem moveri patiebantur, ut actor probans jus sibi in beneficium competere, per transactionem illud possessori erga annuam pensionem relinqueret, ac post mortem illius jus sibi in illud vendicaret. Cæterum C. 2. & 4. h. t. statuitur: „Si de collusionem constiterit, Judex crimina audita nullo modo indiscussa prætereat, sed ex integro super his

„ in.

590 LIBER V. TITULUS XXIII.
inquirat; non obstante, quòd Reus inter-
veniente collusionem fuerit absolutus per
sententiam; quia cum sit fraudulenter ob-
tenta, ipso jure nulla est. Ita *Gonz. h. t.*

TITULUS XXIII.

De Delictis Puerorum.

Nomine PUERORUM h. t. veniunt, qui
infantiam, i. e. septimum ætatis an-
num egressi (in qua doli capaces non sunt,
adeoque nec pœnæ gravi pro delicto sub-
jacent) annos pubertatis non attigerunt,
in quibus, ut dicitur c. i. h. t., Peccata non
„ita, ut in majoribus punienda videntur.
Quamvis si enormia crimina, v. g. vene-
ficia committant sine spe emendationis,
sintque doli capaces, ut malitia suppleat
ætatem, & annos discretionis attigisse
censeantur, ut si à pubertate non longè ab-
sint, etiam ultimo supplicio affici queant,
ut docet *Pirh. Dec. 167.* Imò Jure Civili
Judex delicta Puberum, sed minorennium,
interdum mitius punire potest, jux-
ta *Reg. 108. ff. de R. J. Ferè in omnibus pœna-
libus Judiciis & ætati & imprudentia suc-
curritur.* Quanquam crimina atrociora
in iis regulariter puniantur pœnâ ordina-
riâ. Verùm C. 2. h. t. prohibet Pontifex:
„Ne ob homicidium vel delictum filii im-
„pu-

„puberis multa pecuniaria à patre exigatur; & Lege Civili nunquam pater tenetur de suis ad pœnam pecuniariam pro delicto filii etiam puberis, quia nemo alienæ culpæ fit succedaneus, nec pater pro filio conveniendus, sed culpa suum tenet auctorem. Ita *Leur. h. t. q. 389.*

TITUL. XXIV. XXV. & XXVI.

De Clerico Venatore; de Clerico Percussore; & de Maledicis.

I. H. T. 24. statuitur c. 1. „Episcopum, „Presbyterum aut Diaconum canes, aut accipitres, aut hujusmodi ad vendandum habere non licet; quòd si quis „talium personarum in hac voluptate sæpius detentus fuerit, si Episcopus est, „tribus mensibus à Communione; si Presbyter, duobus; si Diaconus, ab omni „officio suspendatur. Et c. 2. Omnibus „servis Dei, i. e. Clericis, ut Venationes „& sylvaticas vagationes cum canibus, „aut accipitres & ut falcones non habeant, interdicitur. Unde Clericis non prohibetur venatio modesta cum paucis canibus recreationis vel utilitatis gratiâ, (ut nec piscatio, quam Apostoli etiam post conversionem exercuerunt) sed venatio frequens & clamosa, quæ statum
Cle-

592 LIB. V. TIT. XXIV. XXV. & XXVI.
Clericalem dedecet; nam crebra & intem-
perata calidi sanguinis animalium effusio
excitat in homine asperitatem & trucu-
lentiam contra mansuetudinem. Ast, ut ait
Wagn. h. t. rigori horum Canonum pro-
dolor! hodie consuetudo contraria mul-
tum derogavit, quamvis Clerici venato-
res ob neglectum Divinorum, oppressio-
nem subditorum variaque scandala saepe
excusari nequeant à peccato gravi.

II. Quia exemplo Christi Clericos de-
cet mansuetudo, dedecet percussio & rixa-
tio, hinc c. i. h. t. sancitur: „Si quis in
„aliquo Ecclesiastico gradu sacratus per-
„cussor fuerit, corripitur à crimine; si
„non emendaverit, deponatur. Si percu-
tendo alterum mutilaverit vel occiderit,
incurrit irregularitatem; aut si Clericum
percusserit, est excommunicatus ex *Can.*
Si quis suadente; secus, si seipsum ex furore
percutiat, ut docet *Pichler Decis.* 169.
Verum h. t. Clericis tantum prohibetur
enormis percussio, nam intuitu disciplinae
licet Presbytero leviter percutere discipu-
lum, adolescentes Divina turbantes; imò
Judici Ecclesiastico licet poenam fustium
imponere, dum tamen per eam ad sangui-
nis effusionem non perveniatur, ut ait
Gonz. h. t. qui c. i. de *Calumn.* tradit, Ec-
clesiam ideo morem retinuisse, ut quadra-

genarius numerus ictuum unâ vice non excedatur, ne pœna Ecclesiastica in crudelitatem & vindictam sanguinis, ut dicitur c. 14. *de Raptoribus*, transeat. Sâltē Episcopus, quem *juxta Apost. 1 Tim. 3. oportet esse non - percussorem*, Clericum delinquentem per se verberare non potest, sed solū per alium Clericum, si haberi possit, non laicum. Varii tamen Ordines ex privilegio Apost. possunt suos Clericos per religiosos laicos seu conversos verberibus castigare. Ita DD. passim.

III. Non solū manu, sed etiam linguâ fit percussio seu MALEDICTUM, éstque vel *Blasphemia*, de qua in *Nucl. Theol. Exam. 17. n. 3. §. 2.* Circa quam speciales pœnæ Canonice c. 2. h. t. statuuntur: vel *Detractio*, aut *Calumnia* seu contumelia, v. g. dum crimen alicui in faciem objicitur, de quibus in *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 3. §. 4.* specialiter h. t. c. 1. decernitur, Clericus, qui coram astantibus verba quædam in depressionem & contumeliam Rom. Ecclesiæ protulit, à temeritate sua per suspensionem officii & Beneficii app. rem. compefcatur, ut pœna illius aliis terrorem incutiat, ne de cætero contra Rom. Ecclesiā in talia verba prorumpant. Dicitur in *contumeliam Rom. Ecclesiæ*, (in sexta collectione legitur: *Officii & Beneficii Apost.*) quia

594 LIB. V. TIT. XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX.
mansuetudo Christi, cuius Papa in terris
est Vicarius, requirit, ut Maledictum in
suam personam remittat. Insigne exem-
plum dedit PIUS V. qui famoso carmine in
sua persona offensus Reum sic affatus: *Su-
tu mihi ut summo Pontifici maledixisses, im-
punè non fores: Verùm quia in Fratrem
Michaëlem* (hoc nomen ei ut Religioso
erat) *convitia jactasti, liber abi.* Nihilominus si quis in Episcopum vel Prælatum
proferat maledictum, non quidem ab ipso
læso *Can. inter querelas* puniendus, qui
nullus superiorem habens est Judex in
propria causa, sed arbitrio alterius Judicis
pro qualitate delicti corrigendus. Ita *Res-
fenst. b. t.* Quod superioribus notandum.

TIT. XXVII. XXVIII. XXIX. & XXX.

*De Clerico excommunicato, deposito
interdicto ministrante. Item de Clerico
non ordinato ministrante; de Clerico
per saltum promotio; Et de eo, qui
furtivè Ordinem suscepit.*

I. CLERICUS EXCOMMUNICATUS Excom-
municatione majori (idem est de
Clerico Interdicto, i. e. suspenso) esto tol-
leratus, si temerè se ingerens exerceat
actum sacri Ordinis, est deponendus, fit-
que

XXX.
in terris
etum
e exem
rmine
atus: S
ffes, im
Fratres
eligioso
Nihil
alatum
a ab ip
s, qui
udex in
Judicis
ita Ref
ndum.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO, DEPOSITO, &c. 595
que irregularis, juxta c. 3. & 4. h. t. apud
Gonz. Dixi 1. *Excommunicatione majore*,
nam c. 10. h. t. ait Pontifex: „Si celebret
„ minori excommunicatione ligatus, licet
„ graviter peccet, nullius tamen notam
„ irregularitatis incurrit; nec eligere pro-
„ hibetur, vel ea, quæ ratione jurisdic-
„ tionis sibi competunt, exercere. Si tamen
„ scienter talis electus fuerit, ejus electio
„ est irritanda pro eo, quòd ad susceptio-
„ nem eorum eligitur, à quorum perce-
„ ptione est privatus. Peccat autem, con-
„ ferendo Eccles. Sacramenta, sed ab eo
„ collata virtutis non carent effectu. Dixi
2. *Toleratus*, si temerè &c. tum ob dicta
in *Nuc. Theol. Exam. 32. n. 4. & 5.* tum quia
casus necessitatis ipsum, uti & irregula-
rem, excusat, juxta dicta in *Nuc. Theol.*
Exam. 33. n. 2. Dixi 3. *Actum Sacri Ordi-*
nis; quia Excommunicato & Suspenso to-
lerato non prohibetur actus Ordinis mi-
noris, qui non solet solemniter & quasi ex
officio exerceri. Deinde C. 1. & 2. h. t. de-
cernitur: „Si Clericus depositus vel de-
„ gradatus per contemptum aliquid de
„ ministerio sibi interdicto agere præ-
„ sumperit, omnimodis excommunique-
„ tur, & ab Ecclesia abscindatur.

XXX.
sto cu
Clerico
Clerico
, qui
Excom-
est de
esto to-
kerceat
us, fit
que

II. C. 1. h. t. statuitur: „Si quis (putà
Clericus, quia hîc valet argumentum à ru-

596 LIB. V. TIT. XXVII. XXVIII. & XIX. & XXX.
bro ad nigrum) „ baptizaverit solemniter,
„ aut aliquod officium Divinum exercue-
„ rit non ordinatus, propter temeritatem
„ abjiciatur de Ecclesia, & nunquam or-
„ dinetur. Et C. 2. Si Diaconus Missarum
„ celebrationem usurpavit, ad sacerdotis
„ officium non poterit promoveri; à Dia-
„ conatu biennio aut triennio maneat su-
„ spensus; de beneficio autem misericor-
„ diter agatur, ne sustentatione privatus
„ ad sæculi negotium revertatur. *An Lau-
cus exercens actum Ordinis sacri, v. g.
celebrando Missam, audiendo Confessio-
nes &c. incurrat irregularitatem?* Con-
trovertunt Canonistæ teste *Schmalzger-
h.t.* Juxta Constit. URBANI VIII. „ Sive la-
„ cus, sive Clericus sæcularis vel Ordini-
„ etiam exempti ad Presbyteratum non
„ promotus, si Missam celebrare, aut Sa-
„ cramentalem confessionem audire præ-
„ sumpserit, tradatur Curiaæ sæculari, de-
„ bitis pœnis plectendus. Et ubi vigeat
Inquisitio, pœna ignis infligitur, ut non
ita pridem teste *Pichler Decis. 172.* Romæ
Diacono contigit.

III. CLERICUS PER SALTUM PROMOTUS
de quo in *Nucl. Theol. Exam. 27. n. 7.* §. 1.
(qualis etiam censetur, qui suscipit Ordi-
nes ante primam Tonsuram; secus, qui
ante Confirmationem) juxta C. *iii. h. t.*

est ipso jure suspensus; ac si in Ordine sacro sic suscepto temerè ministret, fit irregularis. Cum eo tamen ex Trid. *sess. 23. de Ref. c. 14.* si non ministraverit, Episcopus ex legitima causa potest dispensare, (quamvis delictum sit publicum) hoc sensu, ut prius recipiat Ordinem prætermissum, ac dein in eo ministret, & ascendat ad superiorem. Imò si occultè ministraverit, Episcopus adhuc dispensare posset ex vi Tridentini *sess. 24. de Ref. c. 6.* ubi decernit: „Liceat Episcopis in Irregularitatibus omnibus & Suspensionibus „ex delicto occulto provenientes, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario vel aliis ad forum contentiosum „deductis, dispensare.

IV. ORDINES FURTIVE SUSCIPERE dicitur, qui sine prævio examine vel clàm, ignaro Episcopo, se dolosè ordinandis immiscet. Is licet validè (nisi Episcopus feriam habeat intentionem non ordinandi talem) illicitè tamen ordinatur. Hinc C. i. h. t. decernitur: „Qui furtivè Ordinem Diaconatûs suscepit, & non sit sub „anathematis interminatione prohibitus, „Episcopus in promotione ipsius ad Sacerdotium poterit dispensare; si verò interminatio Anathematis super hoc facta „est, monendus, ut in Monasterio habitum

„ suscipiat Regularem, ac si in eo aliquanto
 „ tempore laudabiliter conversatus, pote-
 „ rit ei misericorditer provideri; alioquin
 „ nullâ ratione ad Sacerdotalem Ordinem
 „ valeat promoveri. Ob quod plures DD.
 „ censent, talem tunc non solum incurre-
 „ re suspensionem, sed etiam Irregularita-
 „ tem; quamvis C. 3. h. t. solum dicatur.
 „ Quod Clerici, qui duos Ordines sacros
 „ eodem die clanculo susceperunt, est sub
 „ Excommunicatione prohibiti, de rigore
 „ juris in susceptis Ordinibus ministrare
 „ non debeant. Notat tamen *Engel b. 1.*
 consuetudinem, ut eadem die minores
 Ordines cum Subdiaconatu suscipiantur,
 juxta C. 2. h. t. non reprobari, neque ei per
 Trid. esse derogatum.

TITULUS XXXI.

*De Excessibus Prælatorum in subditos,
 vel contrâ.*

I. Excessus in genere est quævis trans-
 gressio legis à Prælato vel subdito
 facta. Speciales EXCESSUS PRÆLATORUM
 h. t. recensentur, & à Papa specialiter pro-
 hibentur, cujusmodi sunt C. 1. „ Si Episco-
 „ pi Presbyteros suos, quos quasi filios ac
 „ fratres fraternâ charitate fovere debe-
 „ rent, Talliis gravent; sine ordine judi-
 „ ciaro

„ciario excommunicent; aut inhonestè
 „tractent, ut laicis despicabiles reddantur.
 C.2. „Si Ecclesiarum redditus diminuunt,
 „& consuetudines Archidiacono reve-
 „rentiam exhibendi non conservent. C. 5.
 „Si ab Abbatibus ob benedictionem ali-
 „quid contra libertatem Ordinis exigant
 „præter debitam obedientiam; quam Ab-
 „bates, etiam exempti, juxta C.42. de Simon.
 spondent in forma Professionis, cum ad-
 dito: *Salvo Ordine*, propter quod Episcopi
 ab iis majorem obedientiam, quam de
 jure præstare tenentur, exigere non pos-
 sunt, ut notat *Gonz. ad h.c.* potèstque dici
 OBEDIENTIA CANONICA, per quam, ut ait
 Dript in *Speculo Archid. art. 7.* recogno-
 scunt Episcopum in Judicem saltem habi-
 tu, seu ipsum tanquam Sedis Apost. de-
 legatum habere jus visitandi & corrigendi
 Regulares in defectum eorum, quibus ex
 officio incumbit. Item C.7. h.t. „Si consti-
 „tutum evectionis & personarum nume-
 „rum in Visitationibus excedant. C. 10.
 „Si suâ præsentia auctoritatem præstent
 „ultimo supplicio malefactoris. C.16. Si
 „Religiosis gravamina inferant contra
 „eorum institutum & privilegia &c.

2. Econtra EXCESSUS SUBDITORUM h. t.
 enarrati sunt C. 3. „Si propriâ auctoritate
 „se in Ecclesias vacantes intrudant. C. 4.

„ Si laborent incontinentiâ, propter quam
 „ ira Dei quinque civitates igne consum-
 „ psit. C. 6. Si Vicarii, assumpti à Rectore in
 „ Coadjutores, Rectoratum Ecclesiæ sibi
 „ falsò assumant. C. 8. Si inconsulto Epi-
 „ scopo uniant Ecclesias. C. 9. Si publice
 „ profiteantur & gloriantur, se sceminam
 „ carnaliter cognovisse. C. 11. Si exerceant
 „ ludos voluptuosos, per quos ad dissolu-
 „ tionis materiam devenitur. C. 12. Si Ab-
 „ bates manus ad ea, quæ sunt Episcopali
 „ Dignitatis, extendant, v. g. de causis ma-
 „ trimonialibus cognoscendo, publicas
 „ pœnitentias injungendo, Indulgentias
 „ concedendo &c. C. 14. Si Clerici Eccle-
 „ siæ, qui non consueverunt habere pro-
 „ prium sigillum, contra voluntatem Su-
 „ perioris novum sibi fabricent. C. 15. Si
 „ Episcopo debitam reverentiam dene-
 „ gent; aut in foro sæculari super rebus
 „ spiritualibus contra ipsum deponant.
 „ C. 18. Si violent interdictum. Denique
 „ *C. 111. h. t. in 6* prohibet Pontifex, ne Præ-
 „ dicatores, Minores & reliqui Mendican-
 „ tes in aliqua Civitate, villa vel alio loco
 „ ad habitandum domos de novo recipere,
 „ seu hætenus receptas mutare, vel
 „ eas venditionis, permutationis, dona-
 „ tionis aut cujusvis alienationis titulo in
 „ alios transferre præsumant absque Sedis
 „ Apol.

„Apost. licentia speciali; si secus egerint,
 „irritum decernitur. Verum ut notat
Pirb. h. t. n. 40. per Privilegia Apost. post
 hanc Constitutionem concessa possunt
 Religiosi Mendicantes nova loca & do-
 mos acquirere absque licentia Sedis Apost.
 sed Trid. *sess. 25. de Regul. c. 3.* præcipit:
 „Ne de cætero Monasteria erigantur, sine
 „Episcopi, in cujus Diœcesi erigenda sunt,
 „licentia prius obtenta.

TITULUS XXXII.

De Novi Operis Nunciatione.

I. NUNCIATIO NOVI OPERIS est, ædificanti
 noviter in alterius præjudicium
 prohibitio facta legaliter, de qua Jus Civile
in ff. & Cod. Unde C. i. h. t. ait Pontifex:
 „Cum nihil de Nunciatione Novi Operis
 „sit in Canonibus definitum; quia verò,
 „sicut humanæ Leges non dedignantur
 „Sacros Canones imitari, ita & Sacrorum
 „Statuta Canonum Principum Constitu-
 „tionibus adjuvantur. Hinc controversiæ
 „(etiam Ecclesiasticæ) post nunciationem
 „novi operis legalibus debent Constitu-
 „tionibus terminari. Dicitur *i. Ædificanti*,
 quia non omne opus nunciari potest, sed
 quod in solo ædificatur; & hinc si quis mes-
 sem faciat, arborẽ succidat, &c. licet novũ

opus faciat, ad hoc *Edictum* non spectat.
 2. *Noviter*, quia si quis ædificium vetus
 fulciat seu reficiat, nunciationi locus non
 est; nam ut ait *Reg. 61. ff. de R. J. Domum
 suam reficere unicuique licet, dum non
 officiat invito alteri, in quo jus non habet.*
 Debet autem in tali refectione custodiri
 forma antiqui ædificii; aliàs, si mutetur,
 nunciari potest. 3. *In alterius præjudicium*,
 nam citra hoc quivis in suo fundo per se
 pro suo libitu ædificare potest, juxta vul-
 gatam: *Si domus est mea, tunc est mea us-
 que ad cælum & infernum*, ut prohiberi
 non possit, licet per hoc domus vicini fiat
 obscurior, aut prospectus adimatur, ex
Cap. Altius Cod. de Servit. Dixi: Per se;
 nam si vicinus ex pacto vel præscriptione
 habeat in domo ædificantis Servitutem
 Urbanam altiùs non tollendi, ne officiat
 lumini; vel non extendendi domum, ne
 officiat prospectui, (per hoc, quòd quis
 longo tempore non ædificârit, non cen-
 setur servitus præscripta, quia ædificare
 in suo est actus meræ facultatis, contra
 quem non inducitur præscriptio, ut notat
Reiffenst. h. t. n. 37.) aut novum opus sit
emulatorium, i. e. ipsi ædificanti nulla-
 tenus utile, & vicino tantùm nocivum,
 quia malitiis hominum non indulgen-
 dum, rectè nunciari potest; uti etiam, si ex

novo ædificio vicini ædibus damnum timeatur, nunciari potest, ut ædificans præstet cautionem *Damni infecti*, seu quod futurum timetur. Imò favore Religionis est jure prohibitum, privatum ædificium ita attollere, aut in eo fenestram versùs Monasterium fabricare, ut Religiosi & Moniales intra sua claustra videri possint. *Schmaltzgr. Reiffenst. &c. h. t. 4. Prohibitio facta legaliter*, i. e. debito loco, & tempore, & à personis legitimis seu interesse habentibus, ac modo præscripto.

2. *Locum* quod attinet, Nuntiatio fieri debet in vel prope locum, ubi fit novum opus. Perinde autem est, sive fiat ipsi Domino, sive eo absente fiat operariis, servis vel aliis quibuscunque, etiam mulieribus, qui Domino referre valeant nunciationem factam. Circa *Tempus* notant DD. necessum esse, ut opus novum sit aliquo modo inchoatum, (nam quod animo solum est destinatum, nunciari non potest) & nondum sit perfectum; nam *Edictum Nunciationis*, utpote prohibitorium, non adversùs præterita; sed adversùs futura, ne fiant, inductum est; potestque fieri quovis die etiam festivo, uno ex tribus modis sequentibus: nempe vel *solo Verbo* Nunciando, ne adversarius novum opus prosequatur; vel mediante *Interdicto Præ-*

toris

toris; vel *Facto*, v. g. per jactum lapilli, (saltem tertio repetitum, ut volunt aliqui) aut materiae ad aedificandum parata dispersionem. Ratio autem, quare lapidis jactu nunciatio fiat, juxta *Gonz. b. t.* est, quia olim lapilli jactus erat signum belli, sicut jactus chirothecae indictio duelli.

3. Effectus Nunciationis est, (sive iuste, five materialiter injuste fit facta, modo non sit notorie injusta) ut ab opere cepto etiam in proprio solo aedificans desistere debeat, donec re examinata de aedificationis jure constet; quamvis ipsi damnosum sit, si jam paratis materialibus conductisque fabris opus sistatur; si secus fecerit, quidquid post Nunciationem aedificatum est, ante omnem cognitionem judicialem, an jus habeat, vel non, propriis expensis demoliri debet; quamvis cautionem praestare voluerit de iis post Nunciationem factis demoliendis, ubi a parte nunciante probatum fuerit, cum sui praesudicio esse aedificatum. Imo si quis post Nunciationem etiam in suo fundo aedificare pergat, potest quoque Nuncians propria auctoritate & vi adhibitam in continenti impedire, & sic aedificata destruere, juxta *DD. passim*, quia tunc censetur vim vi repellere, ex *Reg. 73. ff. de R. J.* Ast ut notat *Gonz.* Si Domino absente & Nunciationem

ignorante Opifices nunciatione spretâ in ædificatione pergant, Dominus tunc tantum patientiam domitioni præstat, non tamen expensas.

4. Ad effectum Nunciationis perinde est, an ædificium sit profanum, vel sacrum. Nam C. 1. h. t. decernit Pontifex: „Capella, quæ post denunciationem novi „operis, sive jure, sive injuriâ constitua- „tur, in præjudicium Baptismalis Eccle- „siæ est constructa, de legalibus debet „Constitutionibus demoliri, quia nulla „Ecclesia in præjudicium alterius debet „construi. Excipe, nisi id fiat ex justa cau- „sa ab Episcopo cognita & approbata, ut patet ex Trid. *sess. 21. de Ref. c. 4.* ubi permittitur ob multitudinem populi novam Ecclesiam ædificare in præjudicium Parochialis. Verum C. 4. h. t. statuitur: „Is, cui opus novum nunciatur, non „obstante cautione, quæ offertur ab ipso „de opere destruendo, si non jure ædi- „ficatum existat, tenetur Nunciantem „per trium mensium spatium expectare, „juris sui præjudicium probare volen- „tem. Unde si Nuncians intra trimestre de jure suo plenè non docuerit, Nunciato præstitâ cautione opus profequi permittitur.

TITULUS XXXIII.

De Privilegiis & Excessibus Privilegiatorum.

Quid & quotuplex sit Privilegium? Vide in *Nucl. Theol. Exam. 2. n. 14. h. t.* specialiter nota sequentia Capita:

I. I. *In Decret. C. 6.* „ Licet Privilegio „ Apost. Fratibus Cisterc. Ord. indultum „ fuerit, quod de laboribus suis nullas Decimas persolvere debeant, si tamen per „ triginta annos de iis Decimas persolverint, de Privilegio indulto tanto tempore sibi detrahare voluerunt, cum liberum „ sit unicuique suo juri renuntiare; hinc „ non possunt se in hac parte tueri, quin „ Decimas de cætero integrè persolvant. „ Consonat c. 15. h. t. ubi mandat Pontifex: „ Si Monachi ostenderint, quod à Templariis Decimas per XL. annos continuo „ perceperint sine lite, ad præstationem Decimarum Templarios auctoritate „ Apost. esse compellendos; cum enim „ tanto tempore contra Privilegia indulta Decimas solverunt, eis renuntiâsse tacite „ præsumuntur. Ex quo inferunt DD. Privilegia amitti per tacitam renuntiationem, quæ juris interpretatione censetur fieri per non usum privilegii, vel usum

contrarium. Ast ob apparentem textuum utriusque Juris diversitatem intricata quæstio est, *quantum temporis ad hoc requiratur?* Layman distinguit inter privilegia. *Affirmativa*, quibus datur facultas aliquid agendi, v. g. celebrandi ante auroram, dispensandi, exigendi tributa &c. & *Negativa*, quæ dantur ad non faciendum vel omittendum, v. g. immunitas à Decimis, exemptio à Jurisdictione, dispensatio in lege jejunii &c. Utraque, si sint meræ gratiæ, & in nullius cedant gravamen, cum non usus vel usus contrarius sint actus meræ facultatis, nunquam amitti censentur per præscriptionem vel renuntiationem. Econtra si sint concessa cum gravamine aliorum, *Affirmativa* per non usum, & *Negativa* per actum contrarium amittuntur, & quidem decennio, si sint concessa à Principe sæculari, quia ad præscriptionem Legis Civilis sufficit decennium; ergo etiam ad præscriptionem talis privilegii onerosi, quod est Lex privata. Hinc *L. 1. ff. de Nundinis* dicitur: *Nundinis impetratis à Principe, non utendo, qui meruit, decennii tempore usum amittit*; censentur enim onerosæ mercatoribus incolis; modò tamen utendi occasio fuerit; nam non potenti agere, v. g. ob bella, pestem aliamve causam, non

currit

currit præscriptio, ut si habens jus gladii longo tempore nullum malefactorem caperit. Si verò sint concessa à Sede Apost. personis Ecclesiasticis, ut amittantur per viam præscriptionis, requiruntur XL. anni; ut amittantur per viam tacitæ renuntiationis; vel fuerunt in usum deducta? Et requiruntur XL. anni; vel nunquam fuerunt in usum deducta? Et juxta DD. apud *Engel h. t. n. 19.* regulariter sufficit decennium, quia contra legem Eccles. non acceptatam decennio præscribitur. *Nec obstat*, quòd in dd. cc. fiat mentio XXX. & XL. annorum. *Nam* illa non est dispositio juris, ut ait Gl. sed narratio facti, quod tunc contigerat, ut dispositio ibi se non fundet in tempore, sed in tacita renuntiatione ob actus contrarios longo tempore repetitos præsumpta. Dixi: *Regulariter*, quia privilegio, non habenti actum successivum, ex speciali dispositione juris quandoque etiam unico actu renuntiari potest, ut patet ex c. 8. *de Constit.* „Ubi „Primiceriatus ex privilegio Apost. erat „extinctus, quod deinceps observandum „esse rescripsit Pontifex, nisi postea Cano- „nici contravenerint, aliquem in Primi- „cerium eligendo. N. D. Privilegium non solvendi tales Decimas est concessum toti Ordini Cisterc. ergo unum Monasterium

non potuit illi renuntiare. *Nam R. cum Gonz. ad c. 6. h. t.* non potuit renuntiare totaliter seu pro toto ordine C. partialiter seu pro suo particulari interesse temporali N. aliud est de privilegio Fori & Canonis statui clericali concessio, cui Clericus pro sua persona renuntiare nequit, utpote principaliter concessum ob bonum publicum, non personæ. Vid. *L. 3. T. 22. n. 6.*

7. Præterea h. t. decernitur C. 7. „ Libertatis prærogativa ex inspectione Privilegiorum cognosci potest; & sicut invenitur in privilegiis, ita observari debet, ut fines eorum non excedantur. C. 8. „ Inspicienda sunt privilegia, & ipsorum tenor diligentius est attendendus. C. 9. „ Temerarium est & indignum, aliquem sibi suâ auctoritate præsumere, quod Rom. Ecclesia alicui certâ ratione inspectâ singularibus voluit beneficiis indulgere. Unde Privilegia etiam ex identitate rationis à casu ad casum, à persona ad personam non expressam minimè sunt extendenda. C. 11. „ Privilegium meretur amittere, qui permisâ sibi abutitur potestate. Sic Clerici, qui intendunt sæcularibus negotiationibus, exercent artem ignominiosam, juxta dicta *L. 3. T. 1.* post trinam monitionem per sententiam privantur Privilegio Clericali. Et C. 27. h. t.

rescribit Pontifex: „Si Clerici Minoritate
 „sine tonsura & habitu in delicto fuerint
 „deprehenfi, & ut Jurisdictionem sæc-
 „larem eludant, debitamque pro delicto
 „ultionem evadant, tonsuram & habitum
 „Clericalem resumunt, ne sic eorum de-
 „licta maneant impunita, & tonsurâ va-
 „habitum sic resumpto malitia foveatur, in
 „eos jurisdictionem sæcularem exercere
 „posse, cum malitiis hominum indulgere
 „non debeat, sed obviari. Similiter facti
 „studiosi, qui studiis & scholis non vacant,
 „amittunt privilegia studiosorum; ita Cle-
 „rici causâ studiorum absentes, si studiis
 „non vacent, sed otio indulgeant, ipso jure
 „non gaudent privilegio percipiendi fru-
 „ctus Præbendæ.

3. C. 13. ait Pontifex: „Per innovatio-
 „nem privilegii alicui nihil juris plus ac-
 „crescit, quàm per Privilegia priora ob-
 „tinuerit, cum per hoc ei novum non
 „concedere, sed antiquum jus conservare
 „velit. Vide *L. 2. Tit. ult. de Confirm. uti.*
 Item C. 18. „Clerici & laici, qui literas
 „protectionis à Sede Apost. impetrant
 „per eas ab Episcoporum suorum pote-
 „state minime subtrahuntur. C. 19. Re-
 „ligiosi, quibus à Sede Apost. est indul-
 „tum, ut Ecclesias suas, decedentibus
 „earum personis, (i. e. Rectoribus) in
 „pro-

„ proprios usus convertere possint, pro-
 „ priâ auctoritate & suo Episcopo incon-
 „ sulto, nisi id expressè indulgeatur, in
 „ possessionem ipsarum eis non est licitum
 „ introire, quia per indulgentiam hujus-
 „ modi Episcopali juri non censetur de-
 „ rogatum. Et C. 23. Antiqua Patriarcha-
 „ lium Sedium privilegia approbans sancit
 „ Pontifex, ut post Rom. Ecclesiam (quæ
 „ est Mater omnium Christi - Fidelium
 „ & Magistra) Constantinopolitana pri-
 „ mum, Alexandrina secundum, Antio-
 „ chena tertium, Hierosolymitana quar-
 „ tum locum obtineat, ita ut postquam
 „ à Rom. Pontifice receperint Pallium,
 „ licenter & ipsi suis Suffraganeis (Metro-
 „ politanis) Pallium largiantur. Denique
 „ h. t. reprehendit Pontifex abusus Religio-
 „ forum, qui Privilegia sua nimium exten-
 „ dentes, prætextu eorum temerè violant
 „ Interdictum, quod hisce in partibus vix
 „ usu venit.

4. II. In 6. h. t. c. i. definit Pontifex: „ Ut
 „ quantumcunque exempti, nihilominus
 „ ratione delicti sive contractûs aut rei, de
 „ qua contra ipsos agitur, possint coram
 „ locorum Ordinariis conveniri, & illi
 „ quoad hoc suam jurisdictionem in eos
 „ exercere. Quem Canonem innovavit
 „ Trid. sess. 7. de Ref. c. 14. Item C. 2. „ Abbates

„benedicti in suis Ecclesiis possunt post
 „Missam, Vesperas & Laudes benedictio-
 „nem solemnem super populum elargiri
 „alibi autem publicè & per vias illam fa-
 „cere non valent sine speciali indulto. Nec
 „eis liceat aliis, quàm in quos Ecclesiasti-
 „cam jurisdictionem obtinent, primam
 „Clericalem conferre Tonsuram. Trid.
 „*sess. 23. de Ref. c. 10.* id restringit, dicens
 „Abbatibus quantumvis Exemptis non
 „liceat in posterum intra fines alicujus
 „Diocesis consistentibus, etiamsi nullius
 „Diocesis vel exempta esse dicantur, cui-
 „quam, qui Regularis subditus sibi non
 „sit, Tonsuram vel minores Ordines con-
 „ferre; nec literas Dimissorias aliquibus
 „Clericis sæcularibus, ut ab aliis ordiner-
 „tur, concedere. Insuper C. 6. h. t. statuit
 „Pontifex: Ut Abbates & alii, quibus Mi-
 „træ usus est concessus, si sint exempti,
 „Mitris tantum Aurifrisiatis (non tamen
 „aureas vel argenteas laminas habenti-
 „bus) uti possint; non exempti verò sim-
 „plicibus & albis & planis utantur. Ve-
 „rùm ut ait *Wagn. h. t.* huic Canoni per con-
 „suetudinem derogatum in Germania, in
 „qua vix reperiuntur Abbates, qui non
 „utantur Mitris phrygiatis, & gemmis, au-
 „ro, argentoque ornatis. Denique C. 7. h. t.
 „decernit BONIF. VIII. ut asserentes, se
 „Pri-

„Privilegio speciali Apost. exemptos, à
 „locorum Ordinariis requisiti, huiusmodi
 „Privilegia vel Indulgentias ipsis Ordina-
 „riis ad legendum integraliter exhibere
 „teneantur. Ex quo infert *Schmaltzgr.*
b. t. n. 27. Si Privilegium sit odiosum & in
 præjudicium tertii, opus esse, ut fiat huic
 illius insinuatio, quia non debet præsumi
 Princeps velle aliquem inscium privare
 jure suo, sed bonum commune & suavis
 gubernatio exigit, damnificatum mo-
 nere, ut possit, si velit, se opponere.
 Unde ex eo etiam sequi videtur, Indul-
 tum eligibilitatis, cum sit in præjudicium
 Capituli, utpotè aliàs in casu posito *L. 1.*
T. 6. §. 1. n. 15. non valentis se per com-
 munem electionem ad certam personam
 determinare, vim non habere, nisi sit
 præsentatum.

5. III. *In Clement. h. t. C. 1.* decernit Pon-
 tificex: „Religiosi Clericis vel Laicis Extr.
 „Unctionem vel Eucharistiam (extra
 „claustra) ministrantes, vel matrimonia
 „solemnizantes sine Parochi licentia spe-
 „ciali, aut Excommunicatos à Canone,
 „preterquam in casibus jure aut privilegio
 „concessis, vel à sententiis per Statuta Sy-
 „nodalia promulgatis absolventes, Ex-
 „communicationem incurrant ipso facto
 „Pontifici reservatam. Iis etiam in virtute

„ Obedientiæ inhibet Pontifex, ne in ser-
 „ monibus suis Ecclesiarum Prælati de-
 „ trahant; ne laicos ab Ecclesiarum su-
 „ rum frequentia seu accessu retrahant,
 „ aut Indulgentias indiscretas pronuntient
 „ &c. sub pœnis ibi expressis. Et C. 2. Archi-
 „ Episcopo per loca exempta suæ Provin-
 „ ciæ transeunti aut eò declinanti populo
 „ benedicere, Divina Officia privatim vel
 „ publicè audire, & ea in Pontificalibus ce-
 „ lebrare, (etiam cum Pallio, ut ait Gl. hic
 „ teste *Pirh. n. 104.*) similiter Episcopo, ut
 „ in eisdem locis suæ Diœcesis eadem per-
 „ agere valeat, conceditur. Quæ à Regu-
 „ laribus attendenda. Verùm in *Trid.*
 „ *sess. 6. de Ref. c. 5.* decernitur: „ Nulli Epi-
 „ scopo liceat, cujusvis privilegii prætex-
 „ tu, Pontificalia in alterius Diœcesi exer-
 „ cere, nisi de Ordinarii loci expressa licen-
 „ tia, & in personas eidem Ordinario sub-
 „ jectas tantùm; si secus factum fuerit,
 „ Episcopus ab exercitio Pontificalium,
 „ & sic ordinati ab executione Ordinum
 „ sint ipso jure suspensi. Unde non potest
 „ Episcopus in aliena Diœcesi exercere
 „ actus Pontificales, qui habent admixtam
 „ jurisdictionem, ut est ordinare, facere be-
 „ nedictiones seu consecrationes, quæ cum
 „ unctione Chrismatis peraguntur, &c. ci-
 „ tra licentiam Ordinarii loci. Nihilominus
 „ juxta

DE PURGAT. CANON. ET DE PURGAT. VULGARI. 615
juxta *Pirb. L. I. T. II. n. 118*. Jure communi,
sicut potest Episcopus celebrare Missam
in aliena Diœcesi, ita etiam potest celebra-
re in Pontificalibus, nisi alicubi contraria
vigeat consuetudo, qualis est in nostra
Germania, ut notat *Laym.* teste *Pirb. l. c.*
in qua non solent Episcopi in aliena Diœ-
cesi Pontificaliter celebrare sine licentia
Ordinarii, eò quòd id videatur importare
aliquam jurisdictionem.

TITULUS XXXIV. & XXXV.

*De Purgatione Canonica; & de Pur-
gatione Vulgari.*

PURGATIO CANONICA est ostensio inno-
centiæ alicujus de crimine, cujus la-
borat infamiâ, coram Judice competente
facta, juxta præscriptum Canonum. Usus
illius antiquitus erat frequens, ita ut etiam
Summi Pontifices, qui tamen à nemine ju-
dicari poterant, de gravioribus criminibus
diffamati, eâ publicè se purgare, ad populi
scandalum removendum, non sint de-
dignati; prout de S. Damaso, Paschali I.
Symmacho, Gregorio VII. ac Pelagio I.
videre est apud Platinam aliòsque Scri-
ptores, quamvis hodie ejus usus videatur
pene abolutus, præterquam in S. Officio,
sitque inter Regulares periculosus, ut tra-

616 LIBER V. TIT. XXXIV. & XXXV.
dit *Kerckbove in Stat. c. 6. §. 2. n. 132.* ubi
tamen viget, potest iudici infamato ab ipso
Iudice, vel ex officio, vel ad instantiam
infamati. Modus autem purgationis infa-
mati de delicto, quod plene probari ne-
quit; hodie est, ut ipse proprio juramento
& aliorum conpurgatorum duorum vel
plurium juxta numerum arbitrio Judicis
consideratis circumstantiis determinan-
dum, qui jurent se credere, Reum vera
jurare, se de objecto crimine ejusque su-
spicione purget. Effectus hujus Purgatio-
nis est, quod taliter purgatus de illorum
crimine nequeat amplius accusari, (nisi
nova indicia emergant) & eo ipso per
Iudicem declarandus sit innocens, ac in
statum pristinum restituendus. Verum
quamvis Jure Civili quandoque in causis
civilibus dubiis à Judice deferatur Reo vel
Actori juramentum suppletorium; in cau-
sis tamen criminalibus criminaliter inten-
tatis Reus ob periculum perjurii ad jura-
mentum purgatorium non admittitur, sed
vel absolvitur Accusatore non probante,
aut hoc semiplene saltem probante Reus
per torturam & subsequentem in Banco
Juris suæ innocentiae assertionem se pur-
gare cogitur, & dein absolvendus.

II. PURGATIO VULGARIS sic dicta, quia
vulgi moribus seu superstitione potius
po-

populi quàm sacris Canonibus introducta est ad probandam innocentiam. Apud Veteres fiebat triplici modo: 1.^{mo} Per ignem seu ferrum candens aut Vomeres, ut si sequebatur adustio, Reus; secus, innocens reputabatur; quod C. 3. h. t. penitus interdicitur. 2.^{do} Per aquam ferventem, in quam infamatus manum seu brachia mittebat, quæ si combusta retrahebat, Reus dicebatur. 3.^{tiò} Per aquam frigidam hoc modo: Colligabantur infamato manus dextra cum pede sinistro, & manus sinistra cum pede dextro, & sic projiciebatur in aquam; si corpus mergeretur, credebatur innocens; si supernataret, censebatur nocens, eò quòd aqua videretur eum respuere, æque ac ferrum candens è manu elapsum, fuitque hoc genus purgationis olim frequens, cum scemina aliqua de veneficio suspecta erat. Verùm hi modi purgationis hodie per Canones simpliciter sunt reprobati & prohibiti, quia non sunt signa infallibilia declarandæ veritatis, sed continent Tentationem DEI, à quo petitur miraculum absque necessitate, cum plura alia media detegendæ veritatis & innocentia tuendæ suppetant, v. g. tortura, quæ naturaliter sine miraculo sufferri potest; præstigiisque & magiæ det locum. Vide *Nucl. Theol.*

618 LIBER V. TITULUS XXXIV. & XXXV,
Exam. 17. n. 2. §. 4. & n. 3. §. 1. N. D. Num. 5.
y. 18. DEUS iussit, mulierem de adulterio
infamatam probari per aquas amarissi-
mas. *Nam* illud erat præceptum Cære-
moniale cum tacita promissione Divina,
tali casu per miraculum semper detegen-
di veritatem, quæ in Lege Nova cessant.
Nec etiam obstant exempla Sanctorum,
qui hoc genere Purgationis usi leguntur.
Nam id fecerunt ex speciali DEI instinctu,
ut per miraculum innocentia eorum ma-
nifestaretur, & calumnia convinceretur.

Quærent h. t. Canonistæ: *An ad ostensionem innocentie licita sit provocatio ad Dei Tribunal?* Ad quod Communior *est* affirmative per se loquendo, cum nihil habeat superstitionis, sitque tantum signum confidentis in conscientia sua animi; ac subinde conducatur ad hoc, ut iniqui Iudices vel oppressores salubriter consternati & perterriti cessent ab injuria innocentium ac pauperum, quorum oppressiones in cælum clamant. Dixi, *per se loquendo*, quia si fiat ex affectu vindictæ, aut cum Tentatione DEI, v. g. si fiat citatio ad Tribunal DEI pro certo tempore intra annum & diem; aut temerè, v. g. quando oppressio non est certò injusta, quia sic graviter suggillat famam eorum, quos citat ad Tribunal DEI vel vallem

DE INJURIIS ET DAMNO DATO, ET DE POENIS. 619
Jofaphat, talis provocatio efflet mortali-
liter illicita.

TITULUS XXXVI.

De Injuriis & Damno dato.

Quæ hoc Titulo decernuntur, abundè
tradita sunt in *Nucl. Theol. Exam. 9.*
II. & 12. per tot.

TITULUS XXXVII.

De Pœnis.

POENA in genere est læsio, quæ punit
& vindicat, quod quis per culpam de-
liquit; quæ si inferatur à potestate Eccle-
siastica, juxta præscriptum Canonum,
vocatur *Canonica*, ut privatio Beneficii
Ecclesiastici, detrusio in Monasterium, in-
famia &c. quas sparsim pro variis delictis
Canones determinant; sùntque vel *Medi-*
cinales, quæ propter culpam imponuntur,
ut per eam fidelis emendetur, & à contu-
macia desistat, ut Censuræ; vel *Vindica-*
tivæ, quæ propriè tendunt ad vindictam
delicti perpetrati, quia solus conatus sine
effectu non punitur, nisi in delictis atro-
cibus, v.g. Proditionis, &c. in quibus de-
linquendi voluntas & solus conatus, nullo
etiam secuto effectu sæpe punitur; sùnt-
que

620 LIB. V. TIT. XXXVIII. & XXXIX.
que perpetuæ vel temporales, de quibus
h.t. potissimum agitur; ac præcipue de Ir-
regularitate ex delicto, Depositione & De-
gradatione, de quibus vide *Nucl. Theol.*
Exam. 33.

TITULUS XXXVIII.

De Pœnitentiis & Remissionibus.

Agitur h.t. de Virtute ac Sacramento
Pœnitentiæ, de quo in *Nucl. Theol.*
Exam. 25. per tot. De præcepto annuæ Con-
fessionis, de quo *Exam. 19. n. 4.* & Sigillo Sa-
cramentali, de quo *Exam. 26. n. 9.* Item de
Indulgentiis ac Jubilæis, de quibus pro-
priè agunt Moralistæ & Controversistæ.

TITULUS XXXIX.

De Sententia Excommunicationis.

Nigrum h. t. est latius rubro, quia in eo
non tantum agitur de Excommuni-
catione, sed etiam de Suspensione & Inter-
dicto, de quibus actum est in *Nucl. Theol.*
Exam. 32. per tot. Circa Excommunica-
tionem latam *Can. Si quis suadente* in per-
cussores Clericorum specialiter nota se-
quentia Capita.

I. C. I. „Clerici impuberes se mutuo
percutientes non sunt ad Apost. Sedem

„mit.

„mittendi; neque Clerici plenæ ætatis,
 „si non odio vel indignatione, sed levitate
 „jocosâ se invicem percutiant; nec Ma-
 „gister, si scholarem Clericum intuitu
 „disciplinæ percusserit, quia non potest
 „in ipsis violenta manuum injectio notari.
 „Cæterum si ex odio iidem Scholares vel
 „Clerici sæculares sese percusserint, pro
 „sua absolutione debent ad Apost. Sedem
 „venire. C. 2. Monachi verò & Canonici
 „Regulares, quocunque modo se in clau-
 „stro percusserint, non sunt ad Sedem
 „Apost. mittendi. Cui affine est C. 33. Si
 „Moniales vel in se invicem, vel conver-
 „sos aut conversas suas, etiam Clericos
 „manus injecerint, per Episcopum, in
 „cujus Diœcesi fuerint, absolvendæ sunt.
 „Hodie ferè omnes Prælati Regulares per
 „Privilegia suos subditos absolvere possunt
 „ab Excommunicatione, etiam ob enor-
 „mem percussione[m] incur[s]a.

2. C. 6. 13. & 17. statuitur: „Mulieres
 „(quas sexûs fragilitas non permittit ad
 „Sedem Apost. venire) vel aliæ personæ,
 „quæ sui juris non sunt; item senes & vale-
 „tudinarii, seu alii membrorum destitu-
 „tionibus impediti, ab Episcopo Diœc.
 „absolvi possunt, si manus in Clericum in-
 „jecerint violentas. Illis autem, qui infir-
 „mitatis tempore timore mortis absol-

„vuntur, per iuramentum injungatur, ut
 „postquam fuerint sanitati restituti, ad
 „Rom. Ecclesiam vel ejus Legatum à La-
 „tere accedant. De iis etiam, qui Clericis
 „non enormem, sed modicam vel levem
 „injuriam irrogârunt, Pontifex rem arbi-
 „trio Episcopi committit. Ex hoc censent
 DD. Excommunicationem pro levi aut
 mediocri percussione latam non esse re-
 servatam Sedi Apost. sed solum pro per-
 cussione enormi. *Levis* comparative ad
 alias (licet in se foret mortalis) dicitur,
 quæ fit pugno, pede, baculo vel lapide,
 nullam tamen maculam vel suggillatio-
 nem carniū relinquit. *Mediocris* est, cum
 v. g. sine gravi læsione evellitur copia ca-
 pillorum, modica fit carnis suggillatio, vel
 copia sanguinis è naribus tantum effun-
 ditur. *Enormis* est, quæ conjunctam habet
 gravem læsionem vel injuriam, v. g. mem-
 bri mutilationem, evulsionem dentis,
 magnam sanguinis effusionem ex vulne-
 re. Talis etiam est illa, quæ fit in Superio-
 rem vel ejus vices tenentem, quamvis re-
 spectu aliorum foret levis vel mediocris.
 Ita Dript in *Caut. Jud. sect. 2 art. 14.* Cæte-
 rum nomine injectionis manuum in Cle-
 ricos venit quævis actio externa, non ver-
 balis, Clericis injuriosa circa ipsos aut res
 ipsis adhærentes, v. g. aquâ aspergendo
 vestes.

vestes, equum, cui insidet, percutiendo &c. *Quando percussor Clerici sit vitandus? Vide in Nucl. Theol. Exam. 32. n. 3.*

TITULUS XL.

De Verborum Significatione.

Cum ad decisionem casuum plurimum conducatur notitia verborum seu terminorum, in Lege aliave Dispositione expressorum, ut cognoscatur, quid per ea Legislator vel Disponens intenderit significare; hinc tam Juri Civili quam Canonico ad calcem subjungitur Titulus *de Verborum significatione*, in quo explicatur, quid in lege vel Dispositione verba significant; vel juxta Etymologiam nominis, ut C. i. h. t. „Novale est ager nunc primum „præcisus seu cultus. C. io. Forus exercendarum litium locus à fando dictus „Reus à re, quæ petitur, nuncupatur; quia „quamvis conscius sceleris non sit, Reus „tamen dicitur, quia in iudicium pro re „aliqua petitur. C. ii. Pactum quasi ex „pace factum, &c. Vel juxta mentem & „intentionem ea ponentis seu proferentis. Nam c. 6. h. t. ait Pontifex: „Intelligentia „dictorum ex causis est assumenda dicen- „di, quia non sermoni res, sed rei est ser- „mo subjectus, vel ut dicitur c. 41. *de Ap-*
„pell.

„*pell.* Verba intentioni & non intentio
 „ verbis debet deservire. Et C.8. h. t. Non
 „ verbum ex verbo, sed sensus ex sensu
 „ transferri debet; quia plerumque, dum
 „ proprietates verborum attenditur, sensus
 „ veritatis amittitur. Concordat *L. In Con-*
 „ *vent. ff. eodem.* In conventionibus con-
 „ trahentium voluntatem potius quam
 „ verba spectari placuit, etsi verba im-
 „ propriè accipienda sint. Unde Jurium
 „ Interpretes ad intelligendam verborum
 „ significationem, & faciendam congruam
 „ interpretationem communiter h. t. ita-
 „ tuunt sequentes Regulas:

REGULA I. „ Verba clara non admittunt
 „ interpretationem, neque voluntatis con-
 „ jecturam.

II. „ Nisi aliud de mente Disponentis
 „ constet, verba cujusque Dispositionis
 „ accipienda sunt in sensu proprio & juxta
 „ communem hominum usum.

III. „ Quando dubius sensus verborum
 „ in bonam & malam partem accipi potest,
 „ is accipiendus est, qui excludit delictum,
 „ adeò ut potius interpretatio & signifi-
 „ catio verborum impropria admittatur,
 „ quàm delictum.

IV. „ In dubio illa significatio præfe-
 „ renda est, quæ non derogat quæsito Juri
 „ tertii.

V. „ Verba interpretanda sunt, ut evi-
 „ tetur omne absurdum, adeò ut ad hoc
 „ evitandum etiam improprietas verbo-
 „ rum admittatur.

VI. „ Verba sunt interpretanda, ut eo-
 „ rum correctio & contradictio exclu-
 „ datur.

VII. „ Verba sequentia interpretatio-
 „ nem accipiunt à præcedentibus ejusdem
 „ Dispositionis, & vicissim.

VIII. „ Verba dubia contra proferen-
 „ tem sunt interpretanda, utpote in cujus
 „ potestate fuit, mentem suam apertius
 „ declarare.

IX. „ Verba intelligenda sunt cum ef-
 „ fectu, ita ut aliquid operentur, & non
 „ sint superflua; talisque facienda verbo-
 „ rum interpretatio, ut Dispositio potius
 „ valeat, quàm pereat.

X. „ Verba sunt intelligenda juxta sub-
 „ jectam materiam & naturam actûs vel
 „ contractûs, de quo agitur; & secundum
 „ qualitatem personæ, ad quam sunt re-
 „ lata; ac conformiter causæ seu rationi,
 „ quæ dispositioni adjecta.

Has & plures alias Regulas generales
 circa interpretationem Dispositionum ob-
 servandas vide Legibus & Rationibus
 comprobatis apud *Reiffenst. Schmatlzgr.*
&c. specialiter h. t. attendenda venit

CLEMENTINA C. 2. In qua Clemens V.
 decernit : „Sæpe contingit, quòd Sedes
 „Apost. causas committat, & in earum
 „aliquibus simpliciter & de plano ac sine
 „strepitu & figura iudicii procedi man-
 „det; de quorum significatione verborum
 „à multis contenditur, & qualiter procedi
 „debeat, dubitatur. Dubitationem huius
 „modi decidere cupiens, hac in perpe-
 „tuam valitura Constitutione sancit, ut
 „Iudex, cui taliter causa committitur, ne
 „cessariò libellum non exigat, neque litis
 „contestationem, tempore etiam Ferie-
 „rum, ob necessitates hominum induc-
 „tum à Jure, procedere valeat; amputat
 „Dilationum materiam; litem, quantum
 „poterit, faciat brevior, Exceptiones,
 „Appellationes dilatorias & frustratorias
 „repellendo; Partium, Advocatorum &
 „Procuratorum contentiones & iurgia
 „testiumque superfluum multitudinem
 „refrænando. Citatio verò ac præstatio
 „juramenti de calumnia vel malitia sive
 „de veritate dicenda, ne veritas occulte-
 „tur, per commissionem huiusmodi non
 „intelligitur excludi. Sententiam verò de-
 „finitivam (citatis ad id, licet non perenti-
 „ptoriè, partibus) in scriptis stans vel se-
 „dens proferat, etiam conclusione non
 „factâ, quæ in omnibus casibus observan-

da sunt, ubi juxta aliam Constitutionem
 „ (quæ incipit: *Dispendiosam C.2. de Judic.*
 „ *in Clement. relata L.2. T.1.n.ult.*) de plano
 „ & sine figura judicii proceditur; licet,
 „ si solemnis ordo in toto vel in parte ser-
 „ vetur, processus non sit irritus nec irri-
 „ tandus. Unde nemo cujusunque crimi-
 „ nis Reus condemnari vel puniri potest,
 „ nisi prius à competente Judice citatus
 „ & auditus fuerit, ipsique concessa sit jure
 „ naturali competens defensio, *qua*, ut dici
 „ solet, *nec ipsi diabolo denegari potest.* Ve-
 „ rum clausula illa, ut Judex procedat *solâ*
 „ *rei veritate inspectâ*, plus importat, quàm
 „ clausula: *Sine strepitu & figura Judicij*,
 „ quia tunc Judex potest procedere ut Deus,
 „ qui soli veritati innititur. *Anton. de Bu-*
 „ *trio*; admittere testes infames & alios de
 „ jure reprobatos, quod omisâ illâ clau-
 „ sulâ non potest. Sic regulariter Prælati
 „ Regulares pro levibus delictis, v.g. tar-
 „ diori accessu ad Chorum, violatione silen-
 „ tii, &c. possunt imponere leves pœniten-
 „ tias, quibus parum injuriæ Religioso irro-
 „ gatur. Vide *L.2. T.1.n.10.*



TITULUS XLI.

De Regulis Juris.

1. **H**ic Titulus est penus, ubi totius quasi Juris thesaurus delitescit, viamque aperit de quavis ferè causa confestim & ex tempore, aut certè faciliùs respondendi. Quare sicut sub hoc Titulo JUSTINIANUS Pandectas seu Digesta allegando Regulas Civiles numero CCXI. ita Decretales seu Librum V. statuendo XI. GREGORIUS IX. & BONIFACIUS VIII. Librum VI. recensendo LXXXVIII. Regulas Canonicas, quarum pleræque ex Civilibus depromptæ absolvit.

2. Regula Juris, à *regendo* dicta, *generatim* est quævis Lex regens ac rectè ducens eos, pro quibus lata est; *strictim sumpta* ut in proposito, describitur à Paulo Jcto *Reg. 1. ff. de R. J.* quòd sit, *quæ rem, quæ est, breviter enarrat*, i. e. quæ plura jura seu plures Leges & Canones hinc inde dispersos, de diversis rebus & casibus eandem rationem habentibus agentes, brevi ac claro compendio complectitur & proponit. Unde dicitur *Reg. 1. ff. de R. J.* „Non ex Regula Jus sumitur, sed ex Jure, „quod est, Regula sumitur. Exemplificatur: Fœminæ ob sexûs imbecillitatem in

Jure Civili uno loco ab officio Judicis, alio à Tutela, alio à Postulando, &c. removen-
 tur; has Leges de diversis actibus latas
 breviter comprehendit *Regula secunda ff.
 de R. 7.* „Fœminæ ab omnibus officiis
 „civilibus vel publicis remotæ sunt. Si-
 militer in Jure Can. variis locis decernitur,
 quòd per alium quis possit contrahere
 matrimonium, subire judicium, exercere
 jurisdictionem ordinariam, &c. inde nata
 est *Reg. 68. in 6.* „Potest quis per alium,
 „quod potest facere per seipsum. Idem
 esto judicium de aliis Regulis.

3. Porro Regulæ Juris aliæ sunt AU-
 THENTICÆ, quæ auctoritate Apost. vel Im-
 periali sunt Juri Canonico vel Civili, præ-
 fertim sub hac Rubrica seu Titulo de R. J.
 insertæ, adeoque debitè applicatæ in casi-
 bus non exceptis habent vim juris, & juxta
 eas casus similes emergentes à Jure specia-
 tim & expressè non decisi sunt decidendi;
 nam *de similibus idem est judicium, C. 4. de
 Rescript.* Et *ubi est eadem ratio, eadem
 debet esse legis dispositio, L. ideo. & L. non pos-
 sunt. ff. de legibus,* nisi in specialibus casibus
 lex aliud expressè statuerit. Unde etiam in
 dubio potiozem faciunt causam illius, pro
 quo stant & allegantur; quia cùm habeat
 intentionem pro se fundatam in Jure, onus
 probandi transfert in Adversarium, qui

probare tenetur, casum, de quo agitur, à tali Regula esse exceptum, sibi que favore jus in contrarium; quia nulla Regula tam universalis est, ut non habeat fallentias. Hinc vulgatum: *Nulla Regula sine exceptione vel limitatione.* Aliæ DOCTRINALES seu *Brocardicæ*, quæ à Juris-Consultis vel aliis DD. privatâ auctoritate et variis Juris Textibus aut Philosophorum dictis sunt depromptæ, Juris tamen auctoritatem non habent, cum in nullo Juris clausæ supponantur; si tamen sint auxilio Legum suffultæ, aut stabili Judiciorum usu receptæ, in probando pondus suum afferunt tanquam vulgata axiomata; v. g. *Delictum vel Defectus non præsumitur, sed probari debet. Ex communiter contingentibus fit præsumptio. Privilegium concessum contra jus est strictè interpretandum.* Præterea dantur Regulæ Rabularum, v. g. *Si fecisti, nega. Plus valet favor in Judicio quam Lex in Codice,* & similes, quæ tamen in Judiciis allegari nequeunt tanquam probatoriales.

R. P. Reiffenstuel novissimè edidit clarè & eruditè in Authenticas Regulas Canonicas specialem Tractatum posthumum unâ cum fallentiis earum, è quo pro earum intelligentia selectiora compendiosè proponuntur. Sit itaque

§. I. ^{mus} De XI. Regulis Juris in Quinto.

Juxta ordinem II. Caputum h. t. recensentur sequentes XI. Regulæ:

I. „Omnia res, per quasunque causas nascitur, per easdem dissolvitur. Consonat *Reg. 35. ff. de R. J.* Nihil tam naturale est, quàm eodem genere quòdque dissolvere, quo colligatum est. Et 100. „Omnia, quæ jure contrahuntur, contrariò jure pereunt. Sensus Regulæ est, quòd regulariter Obligationes, contractus & Dispositiones per easdem causas & modos tollantur, è quibus orta. Sic Pactum Pacto abrogatur; Lex Lege tollitur; Testamentum Testamento rumpitur; Contractus, etiam sponsaliti, mutuo consensu dissolvuntur &c. quanquàm obligationes etiam aliis, quàm inductæ sunt, modis solvantur, v. g. Dispensatione, Præscriptione, Solutione, Morte, &c. Dixi: *Regulariter*; quia Regula hæc fallit in Obligationibus ex natura sua, vel Jure Divino aut humano insolubilibus, v. g. ortis ex Matrimonio, Baptismo, Conjugio Episcopi cum Ecclesia, Collatione Beneficii &c. Sic etiam jure positivo in multis causis potest quis ligare, non tamen absolvere; Inferior Principe sæpe habet jus gladii, non tamen jus aggratiandi &c. *N. D. Reg. 36. de R. J.*

dicit: *Nemo qui condemnare potest, absolvere non potest.* Nam id solum verum est, si ita exigant merita causæ; sic Judex potens condemnare Reum, potest absolvere innocentem.

II. „Facta, quæ dubium est, quo animo facta sint, in meliorem partem sunt interpretanda. De manifestis autem, quæ non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemix, furta, ebrietates &c. nobis permittitur judicare. Rubrica habet: *Dubia in meliorem partem interpretari debent.* Vide *Nucl. Theol. de Judicio temerario Exam. p. n. 3. §. 4.* Fallit hæc Regula, quando agitur de damno avertendo, quia prudentia exigit, ut contra peregrinos & ignotos claudendo cistas, pretiosa celando &c. cautela adhibeatur. Item in Judice, qui non pro suo arbitrio & bonitate potest facta dubia in meliorem partem interpretari, sed juxta allegata & probata, ac prout res exigit, judicare debet, v. g. in dubio decernendo Torturam, salvo tamen illo, quòd manente dubio Reus sit absolvendus.

III. „Utilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur; puta *Veritas Vitæ, Justitiæ vel Disciplinæ.* Intel-

tellectum hujus Reg. fume ex dictis in
Nucl. Theol. Exam. 6. n. 7.

IV. „Quod non est licitum in Lege,
„necessitas facit licitum; putà si non sit
intrinsicè malum. Vide *Nucl. Theol.*
Exam. 1. n. 5. §. Ex his.

V. „Quod latenter aut per vim vel aliàs
„illicitè introductum est, nullâ debet sta-
„bilitate subsistere. Talia enim vel sunt
„ipso jure nulla, ut Matrimonium metu
contractum, Alienatio bonorum Eccle-
siæ sine debita Juris solemnitate, &c.
Vel per Sententiam Judicis ad instan-
tiam Partis sunt annullanda, si sint an-
nullabilia. Vide *Lib. 1. Tit. 40. De his,*
que vi.

VI. „In ipso causæ initio non est
„à Quæstionibus inchoandum; i. e. sicut
in Civilibus non est ab executione, ita
in Criminalibus non est à Quæstionibus,
i. e. tortura inchoandum, quia debent
semiplenæ probationes præcedere, ut
patet.

VII. „Quidquid in sacratis DEO rebus
„& Episcopis injustè agitur, sacrilegium
„reputatur, quia sacra sunt, & à quo-
„quam violari non debent. De sacrile-
gio reali & personali vide *Nucl. Theol.*
Exam. 17. n. 3. §. 4. & L. 3. T. 49.

VIII. „Qui ex timore facit præceptum,

R r §

„ali-

„aliter quàm debeat, facit, & ideo jam
 „non facit. Hæc Reg. explicata est in *Nucl.*
Theol. Exam. 2. n. 10.

IX. „Defleat peccator, quia offendens
 „in uno factus est omnium reus. Sensus
 Reg. est: Qui commisit unum mortale,
 æquè meretur privationem gratiæ sancti-
 ficantis & pœnam damni, ac si omnia
 mundi peccata commisisset; licèt non
 mereatur æqualem pœnam sensûs.

X. „Non potest esse justa Pastoris ex-
 „cusatio, si lupus oves comedit & Pastor
 „nescit; i. e. tanta est Prælatorum Eccle-
 siasticorum obligatio invigilandi subditis
 sibi concreditis, ut si ob eorum negligenti-
 am, quamvis ipsis insciis, aliqua ex ani-
 mabus concreditis, malè vivendo, pereat,
 coram DEO inexcusabiles sint, quia san-
 guis subditorum requiretur de manibus
 eorum.

XI. „Indignum est, & ab Ecclesiæ
 „Rom. consuetudine alienum, ut pro spi-
 „ritualibus facere quis homagium com-
 „pellatur. Per *Homagium* hîc intelligitur
 sponsio fidelitatis, subjectionis vel obe-
 dientiæ ad præstanda temporalia aut spiri-
 tualia ultra ea, ad quæ obtinens rem spiri-
 tualem, v.g. Beneficium, Consecrationem
 &c. de jure est obligatus, id enim foret
 simoniacum, ut patet ex passim traditis.

§. 2. ^{us} De LXXXVIII. *Regulis
Juris in Sexto.*

I. „ Beneficium Ecclesiasticum non po-
 „ test licitè sine Institutione Canonica
 „ obtineri. De hac vide *L. 3. T. 7. & T. 28.*
 „ Censet tamen *Reiffenst. hîc n. 22.* eum, qui
 „ non intrusus, absque Canonica Institutio-
 „ ne ob defectum ex parte conferentis vel
 „ recipientis, v. g. ob Præsentationem fa-
 „ ctam ab eo, qui non habet jus præsentandi;
 „ Collationem factam ab Excommunicato;
 „ simoniam materiale vel etiam forma-
 „ lem à Tertio commissam, per triennium
 „ bonâ fide cum Titulo colerato pacificè
 „ possedit beneficium, per dispositionem
 „ Reg. 36. *Cancellariæ de Triennali*, non
 „ tantum in Foro externo, sed etiam interno
 „ licitè & validè retinere, de quo *sup. T. 3.*
 „ n. 2. §. 1.

II. „ Possessor malæ fidei ullo tempore
 „ non præscribit.

III. „ Sine possessione Præscriptio non
 „ procedit. De his duabus Reg. vide *Nucl.*
 „ *Theol. Exam. 8. n. 8. & L. 2. T. 26. n. 3.*

IV. „ Peccatum non dimittitur, nisi
 „ restituatur ablatum. Vide *Nucl. Theol.*
 „ *Exa. 10. n. 1.* Ratio allegatur *Can. 1. cau. 14.*
 „ *q. 6.* quia si reddi potest & non redditur,
 „ non agitur pœnitentia, sed fingitur.

V.

V. „Peccati venia non datur nisi cor-
 „recto. Sensus est, nullius peccati mor-
 „talis & pœnæ æternæ annexæ venia seu
 „remissio datur, nisi verè pœnitenti; quan-
 „quam in Foro externo sæpe pœna, huma-
 „nis Legibus statuta, majoris mali vitandi
 „causâ non infligatur.

VI. „Nemo potest ad impossibile obli-
 „gari. ff. 31. Quod impossibile est, neque
 „pacto, neque stipulatione potest com-
 „prehendi, ut utilem actionem aut factum
 „efficere possit. Et 185. Impossibile
 „nulla est obligatio. Vide *Nucl. Theol.*
Exam. 13. n. 1. & 2. & L. 1. T. 35. n. 2. & seqq.

VII. „Privilegium personale perso-
 „nam sequitur, & extinguitur cum per-
 „sona. ff. 68. In omnibus Causis id obser-
 „vatur, ut ubi personæ conditio locum
 „facit beneficio, ibi deficiente eâ bene-
 „ficio quoque deficiat. Et 196. Privilegia
 „quædam causæ sunt, quædam personæ;
 „& ideo quædam ad hæredes transmit-
 „tuntur, quæ causæ sunt; quæ personæ
 „sunt, ad hæredem non transeunt. Notat
 „tamen *Canisius* hîc, beneficium restitutio-
 „nis in integrum & S. C. Vellejani non esse
 „merè personale, & hinc etiam ad Hæredes
 „transfundi. Vide *Nucl. Theol. Exam. 2.*
n. 14. §. Porro.

VIII. „Semel malus semper præsumi-
 „tur

„tur esse malus; putà præsumptione Juris
 in eodem genere mali, nisi de vera emen-
 datione sufficienter constet. Vide *L.2.T.14.*
n.4. Excipe perjurium, cui etiam post
 emendationem amplius non creditur.

IX. „Ratum quis habere non potest,
 „quod ipsius nomine non est gestum.
 Putà ratificatione juridica seu cum Juris
 effectu, v. g. in delictis, quæ nomine alte-
 rius committi nequeunt, ut fornicatio, &c.

X. „Ratihabitionem retrahere, & Man-
 „dato non est dubium comparari; putà in
 iis actibus, contractibus & delictis, quæ
 nomine alterius ex commissione fieri pos-
 sunt, in quibus Ratihabitione habet effectus
 Juris, ac si de ejus Mandato facta essent.
 Exemplum habes *Cap. 23. de Sentent. Ex-*
comm. in 6. ubi ait Pontifex: „Cum quis
 „absque tuo Mandato manus injecit in
 „Clericum tuo nomine violentas, si hoc
 „ratum habueris, Excommunicationem
 „latam à Canone incunctanter incurris;
 „cùm Ratihabitione retrahatur, & Man-
 „dato debeat comparari. Si verò injectio
 „eadem tuo nomine non sit facta, tunc,
 „licet pecces ratam habendo eandem, non
 „tamen propter hoc Excommunicatio-
 „nis vinculo innodaris, cùm quis ratum
 „habere nequeat, quod suo nomine non
 „est gestum. Verùm Ratum habens homi-
 cidium

cidium suo nomine, ipso tamen profus
 incio, factum, non incurrit Irregularita-
 tem, quia ea in Rati habentes à Jure non
 est statuta. Ita *Reiffenst. L. 5. T. 12. n. 48.* Vi-
 de *Nucl. Theol. Exam. 12. n. 1. §. 1.*

XI. „Cum sunt Partium hîc & Jura
 „obscura, Reo favendum est potius quam
 „Actori. ff. 125. Favorabiliores Rei potius
 „quam Actores habentur. Vide *L. 2. T. 19.*
n. 5. Fallit tamen hæc Reg. in casu, quo
 Actor fovet causam favorabilem, juxta
 hos Versus:

Stat Testamentum, Libertas, Conju-
gium, Dos,
Si sunt æquales, qui producuntur
utrimque.

XII. „In Judiciis non est acceptio Per-
 „sonarum habenda, i. e. non debet id, quod
 exigente Justitiâ uni debetur, alteri ad-
 judicari vel tribui intuitu alicujus condi-
 tionis vel qualitatis in Persona repertæ,
 v. g. Consanguinitatis, Amicitia, &c. quæ
 ad justitiam Causæ, quæ judicatur; vel ad
 rem, quæ tribuitur, nihil facit aut confert.
 Nihilominus ex Juris dispositione in pe-
 nis infligendis habetur respectus ad Per-
 sonas, Dignitate vel aliâ qualitate præ-
 ditas; in Contractibus aliisque Actibus
 habetur ratio sexûs, ætatis, &c. *Quid sit*
Ac.

Acceptio Personarum? Vide in Nucl. Theol. Exam. 7. n. 2. §. Justitia.

XIII. „Ignorantia facti, non Juris excusat. Sensus est, ignorantia facti alieni (non proprii, nisi valde antiquum sit) five agatur de damno vitando, five de lucro captando in foro externo præsumitur, donec scientia probetur; ignorantia autem Juris, licet profit, quando agitur de damno avertendo, v.g. in læsione ultra dimidium in re empta &c. non tamen prodest volenti ex ea lucrum captare. Vide *Nucl. Theol. Exam. 8. n. 8. §. 2.* Fallit tamen Reg. in Pupillis & Minorennibus, quibus Jus in rebus sine Tutore aut Curatore prosperè gestis subvenit, juxta tradita *L. 2. T. 1. n. 9.*

XIV. „Cum quis in jus alterius succedit, justam ignorantiam causam habere censetur. *ff. 19.* Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus; Hæredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum Legatariis contrahit. Et 42. Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantiam, an id, quod petitur, debeat. Fidejussores quoque non minus quàm Hæredes justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de Hærede dicta sunt, si cum eo agatur, non etiam, si agat; nam planè, qui agit, certus esse
„ de-

„debet, cum sit in potestate ejus, quando
 „velit, experiri. Et antè debet rem di-
 „ligenter explorare, & tunc ad agendum
 „procedere. Unde si defunctus se obliga-
 verit ad certam mulctum, si determinatâ
 die alteri non satisfecerit, Hæres ad eam
 non tenetur, nisi postquam id probatum
 fuerit, & ex tunc sit in mora culpabili.

XV. „Odia restringi, & favores con-
 „venit ampliari. Celeberrimæ hujus Reg.
 sensus est: Leges, Canones, Statuta, Re-
 scripta & Dispositiones odiosæ, i. e. illæ,
 quæ vel à Jure communi exorbitant, vel
 principaliter in odium seu pœnam ten-
 dunt, aut in præjudicium Tertii, sunt
 strictè interpretandæ seu restringendæ,
 nec de persona ad personam, neque de
 casu ad casum extendendæ; e contra favo-
 rabiles, quæ principaliter in favorem ali-
 cujus factæ sunt, extendi & ampliari pos-
 sunt. *Quenam censeantur odiosæ, & quæ
 favorabiles? Variis exemplis hîc ostendit
 Reiffenst.*

XVI. „Decet concessum à Principe
 „beneficium esse mansurum. Vide *L. 1.
 T. 29. n. 9. & L. 3. T. 5. n. 17.* Verùm quia par
 in parem non habet imperium, ex *C. in-
 notuit 20. de Elect.* ex justa causa tale validè
 revocatur à successore.

XVII. „Indultum à Jure Beneficium

non est alicui auferendum. Ratio, quia Indulta & Privilegia Juri communi inserta assumunt naturam Legis, quæ ex natura sua debet esse perpetua; unde non nisi à supremo Legislatore auferri possunt.

XVIII. „ Non firmatur tractu temporis, quod de jure ab initio non subsistit. ff. 29. Quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere. Et 210. Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest. Sic si quis in ætate non legitima scienter per invalidam collationem Beneficium recepit, collatio tractu temporis ætate legitimâ superveniente non evadit valida. Arg. C. 9. de Rescript. in 6. Verùm quamvis non solo tractu temporis, nihilominus ex speciali Juris dispositione nonnulla aliàs ipso jure invalida, post lapsum temporis præscriptione aliòve modo validantur, v. g. per tacitum Superioris consensum &c.

XIX. „ Non est sine culpa, qui rei, quæ ad se non pertinet, se immiscet. ff. 36. Culpa est, se immiscere rei ad se non pertinenti. Sensus est, si quis non requisitus negotiis & causis aliorum se immiscet; exercet sine debita peritia Officium v. g. Advocati, aut artem sibi prohibitam, v. g. Clericus Chirurgiam extra casum

necessitatis &c. si culpabiliter agat, ut
 malus sequatur effectus, poenâ pro culpa
 qualitate afficiendus est. Imò si quis invito
 altero causam illius etiam utiliter gerat,
 nec stipendium nec honorarium meretur.

XX. „ Nullus pluribus uti defensionibus
 „ prohibetur. ff. 43. Nemo ex his, qui
 „ negant se debere, prohibetur etiam alia
 „ defensione uti, nisi lex impediât. Quo-
 „ ties autem concurrunt plures Actiones
 „ ejusdem rei nomine, unâ tantum quis
 „ experiri debet. Ratio, quia cum defensio
 fit juris naturalis, Reo plus conceditur
 quam Actori, v. g. illi plures Exceptio-
 nes, non autem huic plures actiones, puta
 in eadem lite, licet possit in nova aliam in-
 stituere actionem, juxta dicta *L. 2. T. 5. n. 2.*
 si autem Reus in una Exceptione sit con-
 victus de mendacio, v. g. si semel nega-
 verit suam scripturam, se habere pignus
 &c. ad aliam defensionem non amplius
 admittitur. Verum ut ait *Canisius* hic, qui
 hominem à se occisum negavit, potest de
 eo convictus recurrere ad hanc exceptio-
 nem, quod ob tutelam corporis sui eum
 occiderit, aut quod ignoraverit esse homi-
 nem, putans esse feram.

XXI. „ Quod semel placuit, amplius
 „ displicere non potest. ff. 75. Nemo potest
 „ mutare Consilium suum in alterius inju-
 „ riam.

„riam. Sensus Reg. est, quod alicui scienter liberè & justè ita placuit, ut inde jus sit quæsitum Tertio, (v. g. si Legatarius habens jus eligendi alterutrum elegerit) cum hujus præjudicio revocari vel mutari amplius non potest per se loquendo; quia in variis casibus, quando ex dispositione Juris non est alteri Jus stabile quæsitum, vel si nova causa antea incognita emergat, pœnitere & variare licet, v. g. revocando Resignationem ante præstitum magnum consensum; resiliendo à sponsalibus &c.

XXII. „Non debet aliquis alterius „odio prægravari. ff. 74. Non debet alteri „per alterum iniqua conditio inferri. Sensus est: Nullus innocens pœnam, gravamen vel damnum subeat propter odium, quo injustè damnificans vel gravans ex quacunque causa fertur erga illum. Per hanc Reg. ex *L. si quis 33. C. de inoffic. Testam.* corrigitur Lex antiqua, quâ permittebatur filium innocentem exhæredari à matre ob odium erga maritum, ex quo illum genuerat.

XXIII. „Sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus. ff. 155. „Factum cuique suum, non adversario „nocere debet. Sicut in præc. Reg. statuitur, quòd innocens non debeat pati

gravamen aut damnum ex odio alterius, ita hîc decernitur, quòd non debeat quis sustinere pœnam ob culpam alienam; quia ubi non est culpa, ibi non est pœna. Nam culpa suos tenet auctores. Unde etiam Hæres, licet teneatur reparare damna per injuriam alteri à defuncto illata, tamen juxta *Reg. III. ff. de R. J.* actiones pœnales in ipsum non transeunt, seu ex delictis defuncti non tenetur; nisi hic decedat pœnam irrogatâ, aut lis cum eo contestata fuerit, vel crimen sit publicum; tunc enim obligari potest ob defuncti delictum ad pœnam, non corporalem & infamatoriam, sed pecuniariam. Item Hæres conveniri potest ob defuncti delictum proveniens ex contractu. Sic *L. Heredibus ff. de Dolo* dicitur: *Item adversus Heredes de Dolo actio erit danda.* Ita *Gonz. L. 3. T. 28. c. 14. n. 6.* Additur tamen: *Nisi subsit causa*, quia ob bonum publicum aut favorem Religionis filii sæpe debent portare iniquitates parentum; sic Jure Canon. descendentes ab hæreticis sunt inhabiles ad Beneficia Ecclesiastica; Jure Civili ob crimen læsæ Majestatis filii fiunt infames, & excluduntur à successione &c. ut per hoc à talibus criminibus eò magis homines absterreantur.

XXIV. „ Quod quis mandato facit

„Judicis, dolo facere non videtur, cum
 „habeat parere necesse. ff. 4. Velle non
 „creditur, qui obsequitur imperio Patris
 „vel Domini. Et 167. Qui jussu Judicis
 „aliquid facit, non videtur dolo malo fa-
 „cere, qui parere necesse habet. Per Judi-
 „cem hîc intelligitur quivis legitimus supe-
 „rior, cui in licitis, juri non adversantibus,
 „subditus parere tenetur, & parendo à do-
 „lo & culpa immunis est.

XXV. „Mora sua cuilibet nociva
 „est. ff. 173. Unicuique sua mora nocet.
 „Per *Moram* hîc intelligitur culpabilis
 „& damnosa seu nociva dilatio dandi vel
 „solvendi, seu solutionem acceptandi vel
 „faciendi aliquid eo tempore, quo quis de-
 „bet, ita ut morosus sive à Jure, sive ab
 „homine, aut statutâ die interpellatus, ad
 „omnia damna ratione moræ secuta te-
 „neatur, ac pœnas ob moram à Jure sta-
 „tutas incurrat. Vide *L. 2. T. 15. n. 2.* Unde
 „mora aliena nemini nocet, nisi alter fictio-
 „ne Juris censeatur una persona cum mo-
 „roso. Sic Fidejussori nocet mora Debito-
 „ris; socio nocet mora socii, quia socio-
 „rum causa commodi & incommodi est
 „communis.

XXVI. „Ea, quæ fiunt à Judice, si ad ejus
 „non spectant Officium, non subsistunt.
 „ff. 170. „Factum à Judice, quod ad Offi-

cium ejus non pertinet, ratum non est. Unde si Judex excedendo limites sue potestatis in causas vel personas sibi non subjectas, vel contra præscriptam Juris formam exerceat jurisdictionem, v. g. si Judex laicus judicet Clericos, Causas matrimoniales, aut parte alterâ inauditâ ferat sententiam &c. cuncta sunt nulla & invalida.

XXVII. „Scienti & consentienti non fit injuriâ neque dolus. ff. 145. Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt. De hac Reg. vide *Nucl. Theol. Exam. 9. n. 2.*

XXVIII. „Quæ à Jure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda. ff. 141. Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentiam. *Exorbitans à Jure* dicitur, quod dispositioni Juris communis ex parte tantum & non ex toto adversatur. *Correctorium Juris* est, quod illius dispositionem ex toto corrigit. Unde sensus Reg. est: Leges aliæque Dispositiones, Rescripta, Statuta, Dispensationes, Privilegia & Consuetudines alicui Dispositioni Juris communis ex parte vel ex toto adversantia ad consequentiam five ad alios casus & personas non expressas non sunt trahenda vel extendenda.

Verum Privilegia præter Jus concessa, ut facultas dispensandi, absolvendi, conferendi Beneficia & similia, tanquam favorabilia ad casus, in quibus est similis ratio, ampliari possunt. Vid sup. Reg. 15.

XXIX. „ Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. ff. ii. Id, quod nostrum est, sine facto (seu consensu) nostro ad alium transferri (vel auferri) non potest. Sensus Reg. est: Quod plures ut singulos tangit, seu eis ut singulis de jure competit, quando agitur de jure & præjudicio cujuslibet in specie vel individuo, debet ab omnibus unanimiter approbari, ita ut unico contradicente tota actio sit nulla; e contra si causa universos seu omnes collectivè & collegialiter sumptos tangat, sufficit consensus majoris partis. Vide L. 1. T. 6. §. 2. n. 1. & L. 3. T. 11. n. 2. & 3. & T. 38. n. 1. Item L. 5. T. 3. n. 2. §. 3.

XXX. „ In obscuris minimum est sequendum. ff. 9. Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur. Et 34. Semper in stipulationibus & in cæteris contractibus id sequimur, quod actum est; aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequamur, quod in Regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque Regionis mos apparet, quia varius fuit? Ad id, quod

„minimum est, redigenda summa est,
 Vide *Nocl. Theol. Exam. 2. n. 7. §. Econ-*
tra. Unde si sensus Legis, Statuti, Con-
 tractûs aut alterius Dispositionis ita ob-
 scurus est, ut neque ex natura actûs,
 neque ex antecedente vel subsequente
 verborum tenore, neque ex consuetudi-
 ue loci aliisve circumstantiis voluntas
 ac intentio disponentis satis appareat, id
 quod minimum, i. e. quod minus obli-
 gat vel gravat, sentire debemus; quia
 Jura proniora sunt ad liberandum, quam
 obligandum. Fallit tamen hæc Reg. in
 causis privilegiatis, juxta dicta *supra*
 Reg. II. Item in casu, quo homicidium
 à pluribus committitur, & nescitur, sed
 oscurum manet, quis eorum lethale vul-
 nus infixit; tunc enim non minimum
 de puniendo uno vel nullo, sed maxi-
 mum, nempe ut omnes tanquam homi-
 cidæ puniantur, eligendum statuitur. *L.*
Item Mela ff. ad L. Aquil. quia bonum
 publicum exigit, ne maleficia maneat
 impunita. Ita *Reiffenst. hic.*

XXXI. „Eum, qui certus est, cer-
 „tiorari ulterius non oportet. Unde *C. 9.*
de Accusat. dicitur; „Evidentia patrat
 „sceleris non indiget clamore accusa-
 „toris. Neque in notoriis exigitur pro-
 batio, aut admittitur appellatio. Ipsa
 tamen

tamen notoreitas ante sententiam est probanda, cum multa, ut ait Pontifex *C. 14. de Appell.* dicantur notoria, quæ non sunt, ideo provideri debet, ne, quod dubium est, pro notorio habeatur.

XXXII. „Non licet Actori, quod Reo licitum non existit. *ff. 41.* Non debet Actori licere, quod Reo non permittitur. Vide *L. 2. T. 4. n. 4. & T. 20. n. 6.*

XXXIII. „Mutare quis consilium non potest in alterius præjudicium. Vide *sup. Reg. 21.*

XXXIV. „Generi per speciem derogatur. *ff. 80.* In toto Jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est. Hinc si quis in genere leget Titio omnem suam pecuniam & Cajo bursam auream, licet hæc sub pecunia in genere contineatur, tamen Cajo debetur. Fallit tamen hæc Reg. quando per genus jam est quæsitum jus Tertio; nam si quis alicui Creditori generaliter omnia sua bona hypothecavit, & postea alteri quoddam prædium in specie; ne prius jus lædatur, quod non est in potestate debitoris; & res etiam tacite hypothecata transeat ad quemvis cum suo onere, ex *C. 5. de Pign.* Hypotheca specialis non derogat gene-

si §

„rali,

650 LIBER V. TITULUS XLI.
rali, *L. Si generaliter. Cod. Qui potior
in pign.*

XXXV. „Plus semper in se continet,
„quod est minus. *ff. 110.* In eo, quod plus
„fit, semper inest minus. Vide *L. 1. T. 43.
n. 7.*

XXXVI. „Pro possessore habetur,
„qui dolo desiit possidere. *ff. 131.* Qui dolo
„desiêrit possidere, pro possidente dam-
„natur, quia pro possessore dolus est. *150.*
„Parem esse conditionem ejus, qui, quid
„possideat vel habeat, atque ejus, cujus
„dolo factum est, quò minus possideret
„vel haberet. Et *157.* Semper qui dolo fecit,
„quò minus haberet, pro eo est habendus,
„quasi haberet. Sensus Reg. est: Si quis
alterius vi aut dolo è possessione dejicitur,
amittit quidem possessionem naturalem,
quia corpore rei non insistit; retinet tamen
possessionem civilem, quatenus actu non
corpore, sed animo saltem habitualiter
pergit rei insistere, & fictione juris habe-
tur pro possessore in ordine ad obtinendos
effectus possessionis. Vide *L. 2. T. 13. n. 3.
& T. 14. n. 3.* Vide infra §. 3. Reg. *153.*

XXXVII. „Utile per inutile non de-
„bet vitiari. *ff. 94.* Non solent, quæ abun-
„dant, vitiare scripturas. Sensus Reg. est:
Quidquid ex se sive de jure validum vel
aliàs ad firmandam Dispositionem aptum
& con-

& conducens est, valorem & vim suam non amittit adjunctione vel accessione alicujus de jure prohibiti aut invalidi vel aliàs inepti. Sic Donatio 500 solidos excedens non vitiatur quoad summam à Jure permissam, sed quoad excessum tantum; Electio Canonica non invalidatur per subsequenter confirmationem invalidam; neque ordinatio Subdiaconi per hoc, quòd fit vinum in calice. Vide *Nucl. Theol. Exam. 14. n. 2. & Exam. 17. n. 4.* Fallit tamen hæc Reg. in variis casibus, in quibus ex dispositione Juris ob concurrrens inutile totus actus annullatur, v. g. Electio à Clericis celebrata cum laico; Rescriptum Papæ per unum manifestum in constructione peccatum &c. Item si intentio Disponentis non feratur in utrumque divisibiliter, sed indivisibiliter, de quo vide *Nucl. Theol. Exam. 13. n. 2. §. 1. & Exam. 16. n. 3. §. 5.*

XXXVIII. „Ex eo non debet quis „fructum consequi, quod nisi extitit „impugnare. Nam ex *C. 6. de Constit.* „Quod quisque juris in alterum statuit, „ipse uti debet eodem. Hinc si quis testamentum impugnet tanquam invalidum quoad institutionem Hæredis, ex eo Legatum profanum tanquam sibi debitum capere non potest. Verùm si quis ante sen-

ten-

sententiam definitivam ab impugnatione desistat; aut ex officio nomine alterius, v. g. Tutor nomine pupilli, aut Curator nomine minorennis, Dispositionem impugnaverit, ex hoc dispendium pati non debet. Item ex impugnatione contra Tertium potest quis jure sibi competente contra alium frui, eò quòd regulariter aliis non noceat res inter alios judicata.

XXXIX. Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo, quia connexorum eadem est ratio. Verùm quia aliqua solùm prohibentur tanquam illicita, alia sub nullitate actûs, v. g. matrimonium sine præviis Denuntiationibus aut cum impedimento dirimente respectivè, cætera necessariò connexa & dependentia, v. g. sponsalia, pariformiter sunt prohibita vel nulla. Ex hac sequitur Reg. opposita: „Quando aliquid conceditur, conceduntur omnia, quæ spectant ad illud. Sic cui committitur sententia, committitur cognitio causæ &c. Vide *L. 4. T. 20. n. 2.*

XL. „Pluralis locutio duorum numero est contenta. Patet ex Grammatica. Unde ad verificandam pluralitatem sufficit dualitas, nisi ex speciali Legis dispositione major numerus requiratur, v. g. in Testamentis &c.

XLI. „Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. ff. 50. Culpâ caret, qui scit, sed prohibere non potest. Ratio patet ex Reg. 6. *sup.* Vide L. 2. T. 15. n. 2. Justamen favore Ecclesiæ, cui longior Beneficii vacatio est damnosa, statuit C. 3. § 24 de Jure Patron. Si Patronus ob litem actu durantem legitimè impeditus intra tempus à Jure concessum non præsentet, tum, non obstante hoc legitimo impedimento, pro ea vice privari jure præsentandi, ac Beneficium devolvi ad Ordinarium. Vide L. 3. T. 38. n. 5.

XLII. „Accessorium naturam sequitur, congruit principalis. ff. 178. Cùm principalis causa non subsistit, plerùmque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent. Sensus Reg. est: Tanta est dependentia accessorii à principali, ut indulto, concesso, prohibito vel annullato principali, regulariter indultum, concessum, prohibitum vel annullatum etiam censeatur accessorium; sic delegatâ causâ principali matrimonii, causa dotis cognoscenda delegatur; vendito prædio, cui inest aquæ ductus, jus aquæ & fistulæ, per quas aqua transit, tanquam accessoria vendita censeantur; valido Testamento minùs solemnni v. g. *inter Liberos*, valent quoque

Legata

Legata inserta &c. Dixi: *Regulariter*; nam Regula suas quoque habet fallentias, v. g. si in principali & accessorio non eadem, sed diversa reperiatur ratio; sic quamvis principalis obligatio solvendi usuras sit nulla, si tamen juramento firmata sit, accessorium juramentum ex virtute Religionis servandum erit; sic quamvis liberato Reo liberetur fidejussor; si tamen minorennis sine curatore in sui præjudicium contraxerit, ipso libero non liberatur Fidejussor ex Legis dispositione. Testamento ad Causas profanas nulliter facto, valent tamen Legata ad causas pias inserta: licet non valeant profana; nisi ex causa exhæreditationis vel præteritionis filii Testamentum irritetur. Nam tali casu *Authent. Ex causa C. de Lib. præterit.* accessoria in illo subsistunt Legata. Vide *Nucl. Theol. Exam. 8. n. 7. §. 5. An & quando domo legatâ censeatur etiam legatus hortus coherens?* Vide *Reiffenst. hîc n. 10.*

XLIII. „ Qui tacet, consentire videtur. Putà in favorabilibus; non in præjudicialibus, in quibus tacens tunc consentire videtur, quando contradicendo vel expressè dissentiendo facile potest impedire id, de quo agitur. Sic valent sponsalia à parentibus (non ab aliis) pro liberis puberibus vel impuberibus, ast præsentibus

& non

& non contradicentibus contracta, ut ex
 iis oriatur justitia publicæ honestatis, ex
C. si infantes un. de Despons. impub. in 6.
 Valet alienatio rei Eccles. sciente & non
 contradicente Capitulo facta, quia tunc
 jus præsumit illud consensisse &c. Fallit
 tamen hæc Reg. quando ex dispositione
 Juris requiritur consensus verbis aut aliis
 signis externis vel per se, vel per Procu-
 ratorem ad hoc speciale mandatum ha-
 bentem expressus. Hinc non valet matri-
 monium per fratrem pro sorore præsentem
 & tacente contractum. Item non censetur
 consentire Superior, si majoris mali vi-
 tandi causâ delicta subditorum dissimulet
 & taceat, juxta *Reg. 50. ff. de R. J. sup. Reg. 45.*
 & *ff. 109.* „Nullum crimen patitur is, qui
 „non prohibet, cum prohibere non potest.

XLIV. „Is, qui tacet, non fatetur, sed
 „nec utique negare videtur. *ff. 142.* Qui
 „tacet, non utique fatetur; sed tamen ve-
 „rum est, eum non negare. Sensus est: Qui
 ad interrogationem alterius tacet, regu-
 lariter nec confiteri nec negare præsumi-
 tur. Ratio, quia inter negare & confiteri
 datur medium, nempe tacere, & ideo, quia
 quivis non tenetur semper interroganti
 positivè respondere, affirmando vel ne-
 gando, medium eligere potest. Verùm
 si quis in judicio à Judice legitimè inter-

rogetur, si taceat, habetur pro confesso, vel etiam in sui damnum pro negante. Vide *L. 2. T. 18. n. 3. T. 7. n. 9.* Item si in Iudicio alicui duo objiciuntur, si unum neget; alterum tacendo concedit præsumptione Juris ex *C. 5. de Præsumpt.*

XLV. „Inspicimus in obscuris, quod
 „est verosimilius; vel quod plerumque
 „fieri consuevit. *ff. 114.* In obscuris inspicimus
 „solet, quod verosimilius est, aut quod plerumque
 „fieri solet. Vide *sup. Reg. 30.*
 Hinc si quis proprium filium instituit Hæredem, eique substituit Cajum, præsumitur præsumptione fundatâ in verosimilitudine, substitutio facta sub conditione, si filius sine liberis decesserit. *L. Cum Avus ff. de condit. & Demonstr.*

XLVI. „Is, qui in jus succedit alterius,
 „eo jure, quo ille, uti debebit. *ff. 177.* Qui
 „in jus & dominium alterius succedit, jure
 „ejus uti debet. Idque locum habet non tantum in successore universali seu Hærede, sed etiam particulari seu Legatario. Unde ex Contractibus defunctorum possunt respectivè in solidum eisdem actionibus conveniri, quibus eorum auctores tenebantur, licet non teneantur actionibus eorum personalibus, v. g. pœnalibus necdum motis. Vide *sup. Reg. 23. N. D.*
 Donator habet jus revocandi donationem

ob ingratitudinem Donatarii, non tamen Hæres. Nam & Disp. est, quòd Donator, non revocando, præsumatur injuriam remisisse; remittens autem jus suum nec ipse amplius potest illud revocare, multò minus Hæres.

XLVII. „Præsumitur ignorantia, ubi „scientia non probatur; putà in iis, quæ „quis ex officio indagare & scire non tenetur. Vide *sup. Reg. 10. in 5. & Reg. 13. in 6.*

XLVIII. „Locupletari non debet alius „quis cum alterius injuria vel jactura. „ff. 206. Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria „fieri locupletiozem. In cit. Reg. Tò *Vel* non sumitur in sensu disjunctivo, sed copulativo; nam patet, posse quem locupletari cum alterius jactura, v.g. per Præscriptionem, Donationem &c. Vide *Nucl. Theol. Exam. 8. n. 8.*

XLIX. „In pœnis benignior est interpretatio facienda. ff. 155. In pœnalibus „causis benignius interpretandum est. Et 192. „In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minùs justius est, „quàm tutius. Concordat *L. Interpret. ff. de pœnis: Interpretatione Legum pœnæ emolliendæ sunt potiùs, quàm exasperandæ.* Verùm, dum statuitur Excommunicatio, in dubio intelligitur major, eò quòd hæc,

T t

utpote

utpote medicinalis, magis expediat salutem fidelium ad eos in suo officio continendos. Vide *sup. Reg. 15. & 30.*

L. „Actus legitimi conditionem non recipiunt neque diem. ff. 77. Actus legitimi, qui non recipiunt diem vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, datio tutoris &c. in totum vitiantur per temporis vel conditionis adjectionem; nonnunquam tamen actus supra scripti tacite recipiunt. *Actus legitimi* dicuntur illi, qui vel ex natura sua, vel speciali Legis dispositione statim subsistere debent, & ideo appositione conditionis de futuro contingenti vel diei aut temporis futuri, invalidi existunt. Sic Sacramenta (excepto Matrimonio) juxta tradita in *Nucl. Theol. Exam. 2. n. 8.* Item Electiones & Postulationes, juxta *C. 2. de Elect. in 6.* ex quibus jus oritur electo, conditionem de futuro; imò nec de præsentibus, quæ statim non sit cognoscibilis, non recipiunt. Vide *L. I. T. 6. §. I. n. 13.*

L. I. „Semel DEO dicatum non est ad usus humanos ulterius transferendum. Hæc regula non est de quibusvis rebus DEO dicatis, v. g. frugibus terræ, possessionibus &c. sed de rebus consecratione vel benedictione Eccles. sacris intelligenda, quæ non sunt manente consecratione vel

vel etiam factâ execratione citra justam causam ad usus profanos applicandæ, v.g. ligna & lapides Ecclesiæ diruta. Fallit hæc Reg. in seruo, qui inscio vel invito Domino Ordinibus initiatus est, nam is Domino jubetur restitui. Vide *L. i. T. 18.*

LII. „ Non præstat impedimentum, „ quod de jure non sortitur effectum. Sensus est: quod de jure invalidum est, non impedit, quò minus novus actus valide & licite fieri queat. Sic qui invalide suscipit Sacramentum initerabile, de novo potest illud valide suscipere; Electio invalida per se non impedit novam electionem; sponsalia invalida non impediunt matrimonium cum alia &c. Varias tamen fallentias allegat *Reiffenst.* hîc; nam matrimonium ratum invalidum impedit, quòd quis non possit valide contrahere cum consanguineis compartis; Judex, si sententiam definitivam de jure nullam protulerit, non potest eam revocare & aliam proferre; Compromissarius, si scienter vel ignoranter elegerit indignum, amplius eligere non potest, sed potestas eligendi est rursus devoluta ad eligentes. Item quamvis prius Testamentum non rumpatur per posterius imperfectum; Legatum tamen prioris Testamenti revocatur valide in posteriori imperfecto,

cum hac in re sola voluntas sufficiat, ut ait *Canisius* hinc.

LIII. „ Cui licet, quod est plus, licet
 „ utique, quod est minus. ff. 21. Non de-
 „ bet, cui plus licet, quod minus est, non
 „ licere. Ex quo sequitur hæc Reg. nega-
 „ tiva: „ Cui non licet, quod est minus, uti-
 „ que non licet, quod est majus. Sensus
 Reg. est: Cui licet, quod est plus seu majus
 licet etiam, quod est minus, si hoc in majore
 tanquam pars in toto vel species in genere
 continetur; aut quando utrumque est
 ejusdem ordinis, & eadem in utroque re-
 peritur ratio. Hinc cui licet adulterum in
 flagranti occidere, etiam licet contumelia
 vel verberibus afficere; cui licet testari,
 etiam licet donare mortis causâ &c. E-con-
 tra, cui non licet accipere honores mino-
 res, neque licet acceptare majores; cui
 non licet verberare, multò minus licebit
 occidere &c. Fallit hæc Reg. si majus &
 minus sint diversi ordinis, aut in utroque
 sit diversa ratio; sic latrunculator potest
 latronem deprehensum capere, vulne-
 rare, occidere, non tamen civiliter multa
 pecuniariâ punire; Sacerdos in casu po-
 sito in *Nucl. Theol. Exam. 32. n. 4. §. 2.*
 potest Excommunicatum absolvere a
 peccatis, non autem à Censuris, &c.
 Item si forma Mandati aliud requiratur,
 sic

fic juxta C. 27. de Præb. in 6. Si Papa mandet alteri conferri Præbendam integram aut certi valoris, non potest ei etiam volenti conferri dimidia aut minoris valoris; celebrans, qui potest sumere Eucharistiam sub utraque specie, nequit eam sumere sub una tantum. Hæres non potest pro parte adire hæreditatem, & pro parte eam repudiare, &c.

LIV. „ Qui prior est tempore, potior est jure. ff. 98. Quotiens utriusque causâ lucri ratio vertitur, is præferendus est, cujus in lucrum causa tempore præcedit; putà *cæteris paribus*; sic anterior Hypothecarius præfertur posterioribus Hypothecariis & anterioribus Chirographariis. Vide *Nucleum Theol. Exam. II. n. 9.*

LV. „ Qui sentit onus, sentire debet commodum, & econtra. ff. 10. Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda. Sic quia Emptor debet sustinere periculum rei venditæ, etsi necdum traditæ, de jure percipit etiam fructus & commoda rei emptæ, v. g. ex auctione pretii, alluvione & cæteris provenientia; usufructuarius habens onus loco arborum demortuarum novas plantandi, in ejusdem commodum cedunt demortuæ, &c.

Ex his à contrario sequitur hæc Reg. negativa: „ Qui non sentit onus, sentire non
 „ debet commodum; sic Clericus non re-
 fidens, aut Horas voluntariè omittens,
 fructus Beneficii non facit suos &c. Fallit
 hæc Reg. si ex speciali Juris dispositione
 alicui onus est annexum sine commodum;
 sic Sede vacante onus administrandi Dico-
 cesin est penes Capitulum, fructus tamen
 Episcopales intereà currentes ad Capitu-
 lum per se non pertinent, sed successori
 reservantur; fratres tenentur sustinere
 onus Tutelæ sororis sine comodo &c.
 Verùm cum juxta *C. 30. de Elect. in 6.* non
 deceat alicui suum officium esse damno-
 sum, gerens tale officium, cui onus sine
 comodo annexum, potest repetere ex-
 pensas intuitu talis officii factas.

LVI. „ In re communi potior est con-
 „ ditio prohibentis. Vid. *sup. Reg. 29.* Hinc
 si fundus sit communis duobus, unus non
 potest altero invito in eo ædificare, vel
 eundem omnino alienare; conjux nequit
 invitâ & contradicente comparte valide
 vovere castitatem &c. Verùm in re com-
 muni socius prohibere non potest ad desti-
 natum usum, v. g. ut is inferatur in com-
 mune sepulchrum; secus, si foret extra-
 neus in illud inferendus.

LVII. „ Contra eum, qui Legem dice-

„re potuit apertius, est interpretatio fa-
 „cienda, v. g. contra Venditorem, Testa-
 „torem, Legislatorem &c. & culpæ suæ ad-
 „scribat, quòd Legem, cum in potestate sua
 „esset, apertius non dixerit. Ubi tamen,
 „si de mente illius certa vel verifimilior no-
 „titia habetur, juxta eam procedendum,
 „per dicta ad Reg. 30. & 45.

LVIII. „Non est obligatorium con-
 „tra bonos mores præstitum juramen-
 „tum. Patet ex *L. 2. T. 24. n. 3. & Nucl. Theol.*
Exam. 16. n. 8. §. 2. Vide sup. Reg. 6.

LIX. „Dolo facit, qui petit, quod resti-
 „tuere oportet eundem. *ff. 173.* Dolo facit,
 „qui petit, quod redditurus est. Ratio,
 „quia nemo potest jure exigere rem inde-
 „bitam tanquam sibi debitam. Hinc usura-
 „rius exigens usuras promissas, meritò
 „exceptione doli repellitur, & jure ab eo
 „exigitur relaxatio juramenti, si promissio-
 „ni foret adjectum. Nihilominus etsi spo-
 „liatus sciat, quòd rem, quam à spoliatore
 „sibi pro recuperanda possessione restitui
 „petit, eidem statim reddere teneatur, ta-
 „men doli reus non est, quia juxta juris præ-
 „scriptum justam petendi causam habet.

LX. „Non est in mora, qui potest ex-
 „ceptione legitimâ se tueri. *ff. 88.* Nulla
 „intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla pe-
 „titio est. Adde: *Vel si quæ sit, exceptione*

*legitimâ elidi potest. Et ff. 112. „Nihil in-
 „terest, ipso jure quis actionem non ha-
 „beat, an per exceptionem infirmetur.
 Vide L. 2. T. 25. n. 2. §. 3. & sup. Reg. 25.*

LXI. „Quod ob gratiam alicujus con-
 „ceditur, non est in ejus dispendium re-
 „torquendum. Ex hac sequitur Reg. con-
 traria: „Quod in odium & pœnam ali-
 „cujus est introductum, non debet in ejus
 „utilitatem vel commodum converti.
 Vide *Nucl. Theol. Exam. 2. n. 14.*

LXII. „Nullus ex consilio, dummodo
 „fraudulentum non fuerit, obligatur.
*ff. 47. „Consilii non fraudulentum nulla obli-
 „gatio est. Ratio, quia quis sibi imputare
 debet, si ex consilio, quod liberè sequitur,
 damnum sentiat. Vide Nucl. Theol. Ex. 12.
 n. 1. §. 2. Fallit hæc Reg. in Assessores, Ad-
 vocatis, Medicis &c. qui si ex imperitia
 consilium alteri nocivum, etiam bonâ
 fide, præbeant, cum id ex officio faciant,
 latam culpam, quæ tunc dolo comparatur,
 committunt, ad refarcitionem damni inde
 secuti obligantur. Hinc in cit. Reg. 47. ad-
 ditur: „Cæterum si dolus & calliditas in-
 „tercessit, de dolo actio competit.*

LXIII. „Exceptionem objiciens non
 „videtur de intentione Adversarii confi-
 „teri. Ratio, quia Reus exceptione fit
 Actor. Vide supra Reg. 60.

LXIV. „ Quæ contra jus fiunt, debent
 „ utique pro infectis haberi; putà quæ fiunt
 „ contra jus irritans, non contra jus merè
 „ prohibens, quia ut dicitur c. 16. *De Re-*
 „ *gular.* multa fieri prohibentur, quæ si
 „ facta fuerint, obtinent roboris firmita-
 „ tem. Vide *L. 3. T. 22. n. 6. & Nucl. Theol.*
Exam. 13. n. 2. §. 2.

LXV. „ In pari delicto & causa potior
 „ est conditio possidentis. *ff. 128.* In pari
 „ causa possessor potior haberi debet.
 Et 154. „ Cum par delictum est duorum,
 „ semper oneratur petitor, & melior ha-
 „ betur possessoris causa. Vide *sup. Reg. II.*
 Sensus Reg. est: Quando duo in eadem
 causa Rei sunt delicti, v. g. si unus ex de-
 licto dat, & alter ex delicto accipit, v. g.
 Judex pro sententia injusta, meretrix pro
 usu corporis &c. juxta dicta in *Nucl. Theol.*
Exam. 13. n. 2. melior est conditio possi-
 dentis, ita ut pretium datum restituere
 non teneatur. Item si duo absque delicto
 circa eandem rem litigent, meliorem in
 dubio esse conditionem possidentis, noto-
 rium est.

LXVI. „ Cum non stat per eum, ad
 „ quem pertinet, quò minus conditio im-
 „ pleatur, haberi debet perinde, ac si im-
 „ pleta fuisset. *ff. 39.* In omnibus causis
 „ pro facto accipitur id, in quo per alium

T t §

„ moræ

„moræ fit, quò minùs fiat. Et 161. In Jure
 „Civili receptum est, quotiens per eum,
 „cujus interest, conditionem non impleri
 „fiat, quò minùs impleatur, perinde ha-
 „beri, ac si impleta conditio fuisset, quod
 „ad Legata & ad Hæredum institutiones
 „perducitur. Vide *sup.* Reg. 6. & 41. *Nec
 obstat L. Legatum C. de Condit. insert.* ubi
 dicitur: Si quis Cajo leget mille sub con-
 ditione, si Filia ejus nuberet, & Filia ante
 nuptias moriatur. nil debetur Cajo, et si
 per eum non steterit; quò minùs conditio
 fuerit adimpleta. *Nam Casus in Lege po-
 situs est unus inter illos, in quibus appo-
 nens conditionem absolutè velle præsu-
 mitur, ut adimpleatur; eâque ob quam-
 cunque causam non impletâ, conditionate
 promissum non valeat; in talibus autem
 casibus Regulam locum non habere, ex-
 tra controversiam est.*

LXVII. „Quod alicui suo non licet
 „nomine, nec alieno licebit; putà si sit ea-
 dem ratio prohibitionis in actu, sive fiat
 proprio, sive alieno nomine. Sic Excom-
 municatus, quia est privatus communio-
 ne fidelium, sicut non potest in Judio
 agere nomine proprio, ita nec potest alie-
 no tanquam Procurator; econtra licet non
 possit tanquam Reus stare in Judio ad se
 defendendum, potest tamen per Procura-

forem. Item quamvis non possit quis suo nomine contrahere cum consanguinea, potest tamen nomine alieno velut Procurator. Filius familias, licet non possit suo nomine agere in Judicio Civili sine consensu Patris; potest tamen nomine alterius tanquam Procurator, quia per hoc filius vel pater non patitur damnum, si causâ cadat, sed tertius, cujus causam requisitus agit. Vide *L. 1. T. 38. n. 4.*

LXVIII., Potest quis per alium, quod potest facere per seipsum. *ff. 180.* Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. Sensus Reg. est: Qui aliquid, v. g. contractum, negotium, causam &c. per seipsum validè & licitè facere potest, valet id ipsum quoque per alium ad hoc idoneum, & debitè qualificatum facere. Hinc qui potest per seipsum emere, vendere, locare, litigare, elemosynam dare, Beneficium acceptare &c. idem potest facere per alium; qui habet jus servitutis ducendi sua pecora per fundum alienum, id quoque potest facere per alium &c. Fallit hæc Reg. quando ex speciali Juris dispositione id prohibetur; sic non potest quis per alium exercere negotium, quando specialiter electa est industria & fides certæ personæ; delegatus à non Principe nequit subdelega-

re; nemo potest per alium testari ad causas profanas; Beneficiatus obligatus ad Residentiam personalem, nequit per alium residere, legere Horas, &c. Vide *Nucl. Theol. Exam.* 16. n. 4. §. *Ex parte materiae*, & *Exam.* 25. n. 9.

LXIX. „ In malis promissis fidem non „ expedit observari. Vide *sup. Reg.* 58. & *Nucl. Theol. Exam.* 13. n. 2. §. 2. Quia ut ait Trid. impia est promissio, quæ scelere adimpletur.

LXX. „ In alternativis Debitoris est „ electio, & sufficit alterum adimpleri. ff. 110. „ Ubi verba conjuncta non sunt, „ sufficit alterutrum esse factum. Hinc L. 129. ff. de V. O. dicitur: *Ad veritatem copulativæ requiritur, utrumque esse factum; ad veritatem disjunctivæ sufficit alterutrum tantum.* Vide *Nucl. Theol. Exam.* 16. n. 5. §. *Verum.* Unde si Testator verbis ad Hæredem directis fecerit Legatum alternativum, ad Hæredem spectat Legati electio; si verbis directis ad Legatarium, in hujus potestate est electio; si non appareat, ad quem direxerit, electio est penes Legatarium; quia juxta *Reg.* 12. ff. de R. 7. in Testamentis plenius voluntates Testantium interpretantur. Ita *Reiffenst.* hîc cit. LL. addens: In nonnullis casibus ex Juris dispositione dictionem *Vel, Aut,*
sumi

fumi pro copulativa *Et, Ac.* Sic L. 4. ff. de V. S. si Testator scripserit: *Ille aut ille mihi haeres esto; illi vel illi lego vel dari volo*, tales disjunctivè nominati non disjunctivè, sed copulativè accipiendi sunt, ne aliquis eorum commodo Testatoris privetur. Verùm quamvis in contractibus electio rerum fit semper penes debitorem, non creditorem; at in alternativis locorum, v. g. ut solutio fiat hoc vel alio loco, semper electio est penes Creditorem, ut ait *Canisius* hic.

LXXI. „ Qui ad agendum admittitur, „ est ad excipiendum multò magis ad- „ mittendus. ff. 156. Cui damus actiones, „ eidem & exceptionem competere mul- „ tò magis quis dixerit. Ratio, quia plus est agere, quàm excipere, cum non rarò, cui denegatur actio, concedatur exceptio, utpote quæ tanquam defensio in majori æquitate fundatur. Unde si alicui competat actio pro re recuperanda, alter potest ad actionem excludendam uti exceptione pro eadem retinenda. Vide *sup.* Reg. II. 20. & 53. Sæpe tamen ex Juris dispositione fallit hæc Reg. nam licèt concedatur actio contra Prælatum confirmatum, non tamen exceptio; Depositarius, licèt habeat actionem debiti contra

De-

Deponentem, Exceptione tamen uti non potest titulo compensationis, si Deponens repetat depositum, juxta dicta *L. 3. T. 16. n. 3.*

LXXII. „ Qui facit per alium, est „ perinde, ac si faciat per seipsum; puta quoad juris effectus. Sic qui jussu suo alterum damnificat, tenetur ad restitutionem; Clericum percutiens excommunicatur &c. Vide *sup. Reg. 68. & Nucl. Theol. Exam. 12. n. 1. §. Ad restitutionem.*

LXXIII. „ Factum legitimè retracta- „ ri non debet, licet casus postea eveniat, „ à quo non potuit inchoari. *ff. 85.* Non „ est novum, ut, quæ semel utiliter con- „ stituta sunt, durent, licet ille casus ex- „ titerit, à quo initium capere non potue- „ runt. Hinc valet Testamentum, quam- „ vis postea Testator incidat in amentiam, „ &c. Matrimonium non dissolvitur ob su- „ pervenientem affinitatem; secus est de „ sponsalibus, quæ tunc in eum casum de- „ veniunt, quo effectum sortiri non pos- „ sunt, &c. *N. D. L. 140. ff. de V. O. dicitur. Placeat extinguere obligationem, si in eum casum inciderit, à quo incipere non potest. Non tamen hoc in omnibus verum est. Nam & cum Dyno apud Reiffenst. hinc, hinc & alios Juris textus apparenter contra- rios loqui de actibus, ob supervenientem casum vel circumstantiam inchoationi*

actus

actûs obfistentem, necdum substantialiter completis & perfectis. Vide *Nucl. Theol. Exam. 2. n. 13. §. Potestas.*

LXXIV. „Quod alicui gratiosè conceditur, trahi non debet ab aliis in exemplum. Vide *suprà* Reg. 7. & 28. Verùm si per Rescriptum concessum sit alicui personæ speciale privilegium, sitque insertum Juri communi, ex Personali transit in Reale.

LXXV. „Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. Consonat tritissimum Brocardicum: *Frangenti fidem fides frangatur eidem.* Hinc si Dominus Feloniam, i. e. perfidiam commiserit in vassallum, hic justè ipsi denegat servitia Feudalia, quia naturæ Feudi inest mutua fides, ut ait *Canisius.* Fallit hæc Reg. in contractu inito cum pupillo sine auctoritate Tutoris, à quo potest pro parte se gravante refilire, & pro parte sibi favente alterum obligare.

LXXVI. „Delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare. Hinc bona Ecclesiæ à Prælato malè alienata revocari possunt, juxta dicta *L. 3. T. 13. n. 3.* Item quamvis ob Prælati Vassalli culpam Feudum Eccles. committatur quoad vitam ipsius, successori tamen ejus

est

est restituendum. Nihilominus quamvis Prælatus solus non possit delicto Commisionis obesse Ecclesiæ quoad jus acquiritum, potest tamen obesse quoad jus acquirendum, juxta dicta *L. 3. T. 18. n. 5.* Deinde delictum omissionis, v. g. non repetendo rem Ecclesiast. nocet Ecclesiæ, quatenus alter eam debito tempore præscribit; item quia Prælatus cum Capitulo repræsentat Ecclesiam, sic Ecclesiæ præjudicare potest.

LXXVII. „Rationi congruit, ut succedat in onere, qui substituitur in honore. Hinc successor Prælatus tenetur solvere antecessoris debita pro utilitate Ecclesiæ contracta, conformiter dictis *L. 3. T. 23. n. 1.* Vide *sup.* Reg. 55.

LXXVIII. „In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliam, quando sunt concessa. ff. 162. Quæ propter necessitatem concessa sunt, non debent in argumentum trahi. Hinc si ob inopiam Sacerdotum Religiosis conferantur Beneficia sæcularia vel Parochia, cessante tali causâ practicari non debet. *Can. quod pro. Cau. 1. q. 1.* ubi dicitur: Quod pro necessitate temporis statutum est, cessante necessitate debet utique cessare. Vide *Nucl. Theol. Exam. 2. n. 12. §. 1. & n. 13. §. Postestus.* Verùm si ex post rursus par necessitas

cessitas oriatur, idem ob paritatem rationis rursus statui potest.

LXXIX. „Nemo potest plus juris transferre in alium, quàm sibi ipsi competere dignoscatur. ff. 54. Nemo plus juris ad alium transferre potest, quàm ipse haberet. Vide *sup.* Reg. 46. & *Nucl. Theol. Exam.* 13. n. 2. §. 3. Unde si Patronus laicus suum jus transferat in Ecclesiam, hæc acquirit plus temporis ad præsentandum, non ab illo, sed à Juris dispositione. N.D. L. 46. ff. de *acquir. rer. Dom.* dicitur: *Non est novum, ut qui dominium non habet, alii dominium præbeat; nam & Creditor pignus vendendo causam dominii præstat, quam ipse non habuit. Nam &c.* quòd tunc alter non suo, sed Domini nomine, qui per contractum ad id potestatem tribuit, jus transfert.

LXXX. „In toto partem non est dubium contineri. ff. 113. In toto & pars continetur. Vide *sup.* Reg. 35. Verum si quis omne aurum & argentum leget Cajo, pecunia signata non continetur; excepto casu, quo legans aliud aurum vel argentum non haberet, ut jure statutum apud *Reiffenst.* hîc.

LXXXI. „In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Vide L. J.

*T.28.n.5. Nec obstat Reg.147. ff. de R. 7. dicens: „Semper specialia generalibus in
„sunt. Nam per Tò Semper intelligitur
Regulariter, nisi aliter à Jure statutum re-
periatur in certis casibus, aut de contraria
intentione concedentis verisimiliter præ-
sumatur. Vide L.I. T.38.n.1.*

LXXXII. „Qui contra Jus mercatur
„bonam fidem præsumitur non habere
„*ex præsumptione Juris. ff.45. Privatorum*
„conventio juri publico non derogat
Contra jus mercari dicitur, qui contra
claram legis prohibitionem facit con-
tractum. Vide *supra* Reg. 13. & *Nuch*
Theol. Exam. 8.n.8. §.2.

LXXXIII. Bona fides non patitur, ut
„semel exactum iterum exigatur. *ff. 57.*
„Bona fides non patitur, ut idem bis exi-
„gatur. Ratio, quia solutione ejus, quod
debetur, tollitur omnis obligatio.

LXXXIV. „Cum quid unâ viâ pro-
„hibetur alicui, ad id aliâ non debet ad-
„mitti. Sensus Reg. est: Quando aliquid
ratione sui est simpliciter prohibitum unâ
viâ vel modo, ad id aliâ viâ vel modo de
jure admittendus non est, ne quis ea, quæ
sibi à Jure interdicta fuerint, exquisitis
fraudibus usurpare conetur. Sic ex *C.5. De*
Elect. in 6. Quia Electi ante Confirmatio-
nem nequeunt se ingerere Administratio-
ni.

ni, nequeunt eam sibi procurare sub titulo
 œconomi; quia Clerici prohibentur habe-
 re plures Ecclesias in Titulum, cum dua-
 bus non possint debitam provisionem im-
 pendere, ideo iis quoque prohibitum, ut,
 unâ obtentâ in Titulum, alteram obti-
 neant in Commendam perpetuam, quæ
 æquivalet Titulo; e contra si aliquid non
 simpliciter & ratione sui, sed quoad cer-
 tam viam tantum vel modum prohibetur,
 ad illud aliâ viâ vel modo non prohibito
 quis pervenire potest, v. g. Episcopus vel
 illegitimus, licet non possint viâ Electio-
 nis Ecclesiam obtinere, possunt tamen viâ
 Postulationis; Clerici, licet de jure ne-
 queant testari de bonis intuitu Ecclesiæ
 acquisitis, possunt tamen de iis per actum
 inter vivos ad pios usus disponere; Actor,
 qui non potest unâ actione ineptâ rem
 suam recuperare, potest, litem priorem
 deferendo, novam congruentem & aptam
 instituere; Hæreditas pactioibus relinqui
 non potest, Testamento tamen potest, &c.

LXXXV. „Contractus ex conven-
 „tione legem accipere dignoscuntur. ff. 23.
 „Hoc servabitur, quod initio convênit,
 „Legem enim contractus dedit. Hinc
 Depositarius, licet tantum teneatur ex do-
 lo vel culpa lata, quæ dolus præsumptus
 dicitur; de omni tamen culpa & casu for-

tuito tenetur, si ita conventum sit. Vid. *L. 3. T. 16.* Unde vulgatum: *Quod ab iniuria est voluntatis, postea est necessitatis.* Excep. si lex contractui expressè resistat, v. g. si turpis, vel de re turpi aut impossibili. Vid. *sup. Reg. 6. 21. 58. & 69.*

LXXXVI. „Damnum, quod quis suâ culpâ sentit, sibi debet, non aliis, nisi putare. *ff. 203.* Quod quis ex sua culpa damnum sentit, non intelligitur damnum sentire. Vide *sup. Reg. 22. & 25.* Ratio, quia effectus suæ causæ, non alteri imputandus est; & culpa suos, non alios, tenet Auctores.

LXXXVII. „Infamibus portæ non pateant Dignitatum; siue sint infamiam *Juris*, i. e. ab ipso jure irrogatâ ob certa delicta; siue infamiam *Facti*, quæ non quidem ex *Juris* dispositione, sed ex talibus factis & delictis contrahitur, propter quæ opinio & existimatio apud probos & honestos viros læditur; quia tales arcendi sunt à Dignitatibus, præsertim Ecclesiasticis, cum juxta *C. 10. de Excess. Præl.* ad eas assumi debeant, qui probatæ sunt vitæ & integræ existimationis. Verùm infamiam solius facti per publicam & constantem emendationem aboletur.

LXXXVIII. „Certum est, quod ius committit in Legem, qui Legis verbum

„complectens contra Legis nititur volun-
 „tatem. Sensus Reg. est: Contra Legem
 delinquit, qui voluntatem seu intentio-
 nem Legis vel potius Legislatoris suffi-
 cienter perspectam habens, contra ejus-
 dem mentem fraudulenter interpretatur,
 & nuda verba observans Legem adimplet.
 Ratio, quia in Legibus non nuda verba, sed
 voluntas Legislatoris attendenda est, jux-
 ta vulgatum: *Ratio Legis est anima Legis.*
 Unde delinquit in Legem, quæ prohibet
 Filio - familias dare mutuam pecuniam,
 si det vinum, frumentum &c. ut his distra-
 ctis pecuniam accipiat; quæ prohibet Do-
 nationes gratuitas inter virum & uxorem,
 si vir vili pretio res pretiosas uxori ven-
 dat; quæ prohibet mulieri fidejubere, si
 pro altero intercedat, seu se constituat
 principalem debitricem &c. quia tali frau-
 dulentiâ fit injuria Legi, corrumpendo
 animam seu Rationem Legis. Vide *sup.*
 Reg. 84.

Plerosque casus hinc inde insertos vide
LL. cit. probatos in *Commentario Canisii*
 ad has Regulas.

§. 3.^{cius} *De nonnullis Regulis Juris
 Civilis.*

Cum variæ Regulæ Juris Civilis in præ-
 ced. h. t. sint allegatæ; variæ etiam vix

usuveniant, hinc iis omissis placuit nonnullas sæpe à Canonistis in resolutione Casuum citari solitas & Juri Canonico subservientes excerpere, ac pro complemento hujus Nuclei Juris Canonici juxta ordinem in Digestis Tit. de R. J. servatum, subnectere.

REGULA V. Furiosus nullum negotium contrahere potest: Pupillus omnia Tutore Auctore agere potest.

VI. Non vult Hæres esse, qui ad alium voluit transferre hæreditatem.

XIII. Non videtur cepisse, qui per exceptionem à petitione removetur.

XIV. In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentis die debetur.

XV. Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.

XVII. Cum tempus in Testamento adjicitur, credendum est pro Hærede adjectum, nisi alia mens fuerit Testatoris.

XVIII. Quæ Legata, mortuis nobis, ad Hæredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus.

XXIV. Quatenus, cujus interfit, in facto, non in jure consistit.

XXV. Plus cautionis in re est, quam in persona.

XXVI. Qui potest invitis alienare, multò magis & ignorantibus & absentibus potest.

XXX. Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

XXXII. Quod attinet ad Jus Civile, servi pro nullis habentur; non tamen & Jure naturali; quia, quod ad Jus naturale attinet, omnes homines æquales sunt.

XXXVIII. Sicuti pœnâ ex delicto defuncti Hæres teneri non debeat, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.

XLV. Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei suæ consistere potest.

XLVI. Quod à quoquo pœnæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.

XLVIII. Quidquid in calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse; ideòque brevì reversa uxor nec divortisse videtur.

LI. Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

LIX. Hæredem ejusdem potestatis jurisque esse, cujus fuit defunctus, constat.

LX. Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur; sed & si

quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur Mandati actione.

LXII. Hæreditas nihil aliud est, quam successio in uniuersum jus, quod defunctus habuerit.

LXIX. Invito beneficium non datur.

LXX. Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coërcitionis ad alium transferre.

LXXIII. Nemo potest Tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis hæredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset. *VI* factum id videtur esse, quod de re quis, cum prohibetur, fecit; *CLAM*, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturusve se putaret, fecit. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.

LXXVI. In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi verâ & certâ scientiâ perfici possunt. Nam, ut dicitur Reg. 116. Non videntur, qui errant, consentire.

LXXXV. In ambiguis pro Dotibus respondere melius est.

LXXXVI. Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quàm si non; sed plerumque melior.

LXXXIX. Quamdiu possit valere
Testa-

Testamentum, tamdiu legitimus non admittitur.

XC. In omnibus quidem, maximè tamen in Jure æquitas spectanda sit.

XCI. Quotiens duplici jure defertur alicui successio; repudiato novo jure, quo ante defertur, supererit vetus.

XCIII. Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

XCIX. Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.

CIII. Nemo de domo sua extrahi debet.

CVI. Libertas inæstimabilis res est.

CVIII. Ferè in omnibus pœnalibus judiciis & ætati & imprudentiæ succurritur.

CX. Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut faciliùs calumnientur.

CXI. Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse furandi & injuriæ faciendæ. In hæredem non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio, veluti injuriæ &c. Vide Reg. 23. in 6.

CXV. Nihil consensui tam contrarium est, qui bonæ fidei judicia sustinet, quàm vis atque metus, quem comprobare contra bonos mores est.

CXIX. Non alienat, qui duntaxat omittit possessionem.

CXX. Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam ipse habuit.

CXXI. Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit; & qui facit, quod facere non debet, non videtur facere id, quod facere iussus est.

CXXIV. Ubi non voce, sed præsentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere; idem in furdo, hic quidem respondere potest. Furiosus absentis loco est.

CXXVIII. Hi, qui in universum jus succedunt, Hæredis loco habentur.

CXXX. Nunquam actiones, præsertim pœnales, de eadem re concurrentes alia aliam consumit.

CXXXIII. Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest.

CXXXIV. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

CXXXV. Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

CXXXVII. Qui auctore Judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

CXL. Absentia ejus, qui Reip. causâ
abest.

abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet.

CXLIV. Non omne, quod licet, honestum est.

CXLIX. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

CLI. Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.

CLIII. Ferè quibuscunque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur; cum quibus modis acquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut igitur nulla possessio acquiri nisi animo & corpore potest; ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum.

CLV. Factum cuique suum nocere, non adversario debet. Non videtur vim facere, qui jure suo utitur, & ordinariâ actione experitur.

CLVII. Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, si Dominis (vel his, qui vice Dominorum sunt, veluti Tutoribus vel Curatoribus) obtemperaverint.

CLX. Absurdum est plus juris habere eum, cui legatus sit fundus, quàm Hæredem aut ipsum Testatorem, si viveret.

CLXV. Cujus est donandi, eidem & vendendi & concedendi jus est.

CLXIX.

CLXIX. Is damnum dat, qui jubet dare; ejus verò nulla culpa est, cui parere necesse fit.

CLXXIII. In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent, extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egeant.

CLXXIV. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.

CLXXV. Non debeo melioris conditionis esse, quàm Auctor meus, à quo jus in me transit.

CLXXXIV. Vani timoris justa excusatio non est.

CLXXXVII. Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.

CLXXXVIII. Ubi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est. Quæ rerum naturâ prohibentur, nullâ lege confirmata sunt.

CCIV. Minus est, actionem habere quàm rem.

CCVII. Res judicata pro veritate habetur.

CCVIII. Non potest videri deliisse habere, qui nunquam habuit.

Circa legitimum harum, aliarumque

Juris

Juris Civilis Regularum sensum consule
Civilistas.

Hæc de universo Jure Canonico in
Quinque Libros Decretalium compen-
diosè tradita cedant ad gloriam & hono-
rem supremi Legislatoris DEI Opt. Max.
Magnæ Matris Christi Salvatoris Legis
Evangelicæ Auctoris ; S. P. Francisci
Regulæ FF. Minorum Medullæ S. Evan-
geliï promulgatoris, omniumque Sancto-
rum cum DEO regnantium in cœlis.
Omniâque & singula Censuræ S. Matris
Ecclesiæ (quæ Fidei & Veritatis morum-
que infallibilis Regula est) seu judicio
& correctioni Summi Pontificis Rom.
Ecclesiæ (quæ Mater & Magistra est
omnium Fidelium) Christi in terris Vi-
carii, cujus auctoritate Leges Ecclesia-
sticæ Juri Canonico insertæ robur suum
ac vim obligandi obtinent, debita
cum reverentia sub-
mitto.

O. A. M. D. G.

X x

INDEX